

THESAVRVS ELEGANTIARVM ALDI MANVTII PRORSVS NOVO, EOQVE APTISSIMO ORDINE,

in vſum omnium politæ, & copioſæ orationis ſtudioſorum diſtributus.

ADIECTA INTERPRETATIONE Germanica, & Gallica correctiore.

Cum duplici Indice, Germanico, & Latino perfectiſsimo.

HVIC EDITIONI ACCESSERE CLIX. elegantiarum Regulæ, cum aliquot orationis variandæ formis, adhæc copioſiſſimus elegantiarum Ciceronis commentarius.


OPERA

IOHANNIS BVCHLERI.

Editio hæc prioribus emendatior eſt.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Bernardi Gualtheri, Anno 1622.
Cum Gratia & Priuilegio S. C. M.



ELEGANTIARVM STVDIOSÆ IVVENtuti Typographus S. P.




Ffero vobis Sextum adoleſcentes ſtudioſiſſimi Elegantiarum Manutii Theſaurum, accuratius omnino à mendis vindicatum, & indice in quo fruſtra quæratur nihil locupletatum. Fatentur apertè & ingenuè peritiores omnes, quibus videre contigit, inter varias quæ circumferuntur editiones, cum hac noſtra quæ conferri mereatur, reperiri nullam: Etenim quæ in aliis confuſa & diſperſa ponuntur, in præſente tanto labore & ſtudio diſtincta atque coniuncta ſunt, vt vix Aldi in conſcribendis primùm, quàm deinceps in ordinem diſtribuendis, aut maior cura, aut difficilior labor, aut vtilior opera fuiſſe videatur. Cæterum ne quis illud Horatii, *Laudat venales qui vult extrudere merces*, in me forte torqueat, plura non addam, minimè interim dubitans æquum lectorem, ſingulis probè perſpectis vltro ad ſententiam meam abiturum. Additi ſunt editioni huic, adoleſcentes ornatiſſimi, 159. elegantiarum canones, &, vt delectum


verborum in dicendo, & ſcribendo habendum eſſe vobis conſter, locupletiſſimus minus elegantium cum Ciceronianarũ, hoc eſt, elegantiſſimarum φράσεων adiunctione Index: veſtrum erit hunc non ſemel legendo percurrere, & quid ſeligendum, inque vſum transferendum ſit æſtimare. Valete, & laboribus his alacres fruimini.

Veſtri ſtudioſiſſimus

Bernardus Guaitherus.



AD



AD ELOQVENTIÆ Candidatum Ioannis Buchleri Paræneſis.

Hos ſi carminibus ſuis vetuſtas
Effert non ſine laude, qui vel vnum
Exegêre ſolo malum paterno;
Ecqua laude vehendus Aldus, ille
Inquam, qui dedit elegantiarum
Nobis aureolum, & benè expolitum,
Dignum corde, cerebro, & ore librum?
Quo multis grauibuſque Barbariſmis
Immerſam miſerè Latinitatem
Primo reſtituit ſuo nitori:
Tetra Barbarie, hanc iugo premente,
Vltra Barbariam procul fugata,
Quæ pridem omnibus in ſcholis vigebat.
O verè ter & amplius benigno
Ortus ſidere, cuius Herculanus
Plus quàm iure poteſt labor videri.
Non cælum rutilas, & vſque pulcras

Dum noctu tenebris micat remotis
Stellas tot numero simul tueri
Offert, hoc Phrasium elegantiorum
Quantam est cernere copiam libello.
Quem si gnauiter in stylo iuuentus,
Et sermonibus in tuis sequare,
Te facundia deseret nec vnquam.



Re-



Register oder Verzeichnuß dero Teutschen Phrases / so in diesem Büchlein verfasset sind.

In

Lin-

Nit

FINIS.

ELE-



ELEGANTIÆ ALDI MANVTII.

A

ABIECTVS. ABIICERE SE.

Ein kleins nidriger dencket auff keine lobwirdig werck.

L' esprit par trop abiect ne pense aucune chose digne de gloire.

ANgustos animos ampla & præclara cogitatio non ingreditur.

Ex humili animo | abiecto | pusillo | exili | ieiuno | angusto gloriæ cupiditas non emergit | exoritur | existit | effluit.

Ihr könnet ewern muth nicht fallen lassen ohne ewer grosse vnehre.

Tu ne peux flechir la grandeur de ton courage sans ton grand deshonneur.

Animi tui magnitudinem inflectere sine summo dedecore non potes

Animum demittere | imminuere | animo cadere turpissimum tibi erit | magno tibi vitio dabitur, summo tibi erit dedecori.

Subibis infamiam , si ab animi tui præstantia desciçueris.

Humilis iam esse tuus animus , qui sublimis erectusque erat, sine graui infamia non potest.

Sublimia cogitabat animus tuus | nihil non altum suscipiebat: iam demissus | humilis | abiectus est | iam humi serpere | humi iacere videtur.

Excelſo animo eras: ſi te demiſeris, aut humile quidquam cogitaueris, facies turpiſſime | dedecus admittes | grauis infamia conſequetur.

Vide Contemptus. Humilitas nimia. Timidus. Vilis Homo.

ACCIDIT.

Wenn ſichs zutregt daß ich euch kan dienſt thun / will ich thun was mir gebürt.

Si l'aduient que ie te puiſſe faire ſeruice, ie ne faudray à faire mondeuoir.

SI accidet, vt operam nauare tibi poſſim, officio meo non deero,

Si continget | ſi eueniet | ſi vſu veniet | ſi res | ſi tempus | ſi occaſio feret | poſtulabit | poſcet | exiget | requiret | ſi occaſio ſe offeret | ſedabit | ſe oſtendet | offeretur | dabitur | oſtendetur | ſi fortuna feret | ſi fortuna occaſionem attulerit | detulerit | præbuerit | ſi tempus accidet, vt opera mea tibi vtilis eſſe poſſit | vt opera mea è re tua | in rem tuam | è commodo tuo | ex vſu tuo eſſe poſſit, ſatis faciam officio meo | officium meum præſtabo | non committam, vt officium meum deſiderari poſſit | vt meę partes requirantur.

Es iſt vngefehr geſchehen / daß ich mein gerichtshandel verlohren habe.

Il eſt aduenu par hazard, que i' ay perdu mon proces.

VT cauſa ceciderim, caſu factum eſt.

Vt litem perdiderim, euenit | obuenit | contigit | obtigit | accidit | factum eſt | caſus tulit | fortuna tulit | fortuna fecit | fortunæ placuit.

Vide Fortuna. Succeſſus.

ACCOMMODARE VOLVNTATEM ſuam ad Rempubl.

Es ſtehet einem guten Bürger wol an / daß er ſeinen willen vereinige mit der gemeindten nutz.

C'eſt

C'est le devoir d'vn bon citoyen, de conioindre sa volonté auec le bien public.

BOni ciuis est, suam voluntatem ad publicam causam accommodare.

Ad bonum ciuem partinet | bonum ciuem decet, suam voluntatem ad publicam causam aggregare | adiūgere | conferre | suam voluntatem cum publica causa cōiungere | in omni sua voluntate quid rationes publicæ ferant | quid Resp. postulet | spectare | intueri | attendere | nihil vnquam velle à publica re seiunctum | alienum | disiunctum | separatum | remotum | nihil vnquam velle quod Reip. rationibus non conducat | expediat | vtile sit | nihil velle quod Reip. commoda non postulent.

Vide. Reip. vtilitatem curare.

ACCOMMODATVS ALICVIVS naturæ.

Er ist gantz meiner natur.

Il est du tout de ma nature.

COnuenit optime cum ingenio meo.

Mirè factus est ad naturam meam.

Vehementer est ad meæ vitæ rationem & consuetudinem accommodatus.

ACCVSARE. ACCVSARI.

Cato / vnangesehen seine sonderliche vnschuld / ist fünfftzig mahl angeklagt worden.

Cato, non obstant sa singuliere innocence, a esté accusé cinquante fois.

CAto cognomento Censorius, cum nemini esset probitate inferior, quinquagies accusatus est.

Cato qui Censorii cognomē tulit, qui Cēsorius est nūcupatus | qui Censorii cognomine vsus est, cū neminē haberet integritate superiorem | cū nemini de probitate cōcederet | cū bonitate inter omnes excelleret | præstaret, quinquagies tamē in iudiciū | ius | crimē vocatus est | postulat⁹ est | ei dicta dies est | eius nomē delatū est | cau-

ſum dixit vitæ ſuæ| vitam ſuam atque innocentiam probare coactus eſt|ſubijt iudicium|venit in iudicium| reus fuit| reus factus eſt| reus ſedit| ſedit reorum loco| iudicium| tribunal adiuit; accuſatorũ audiuit impura maledicta |acerba conuitia| accuſationis moleſtiam ſuſtinuit| accuſatores habuit| negotium ei accuſatores exhibuerunt| in iudicio eſt ab accuſatoribus exagitatus|crimina in eum coniecta ſunt|collata|allata|illata.

Vide Ignauiæ nomine accuſare.

ACQVIRERE OPTATA.

Es iſt ein angenehmes ding/das man erlanget / was man begeret.

C'eſt une choſe fort agreable d'obtenir ce qu'on deſire.

Iucundum eſt optata impetrare. Iucundum eſt potiri| frui optatis | optatorum compotem fieri | optata tenere|obtinere|aſſequi|conſequi| attingere | pertingere| optata adipiſci|acquirere| inuenire| nanciſci| reperire |ſibi comparare | nobis optata contingere| obtingere|euenire | ad optata peruenire |aliquid ita cadere| ſuccedere| euadere|fieri| procedere, vt volumus & optamus| aliquid eum exitum habere | ſortiri | nanciſci| inuenire, quem volumus & optamus.

Vide Virtutem laboribus ſibi comparare.

ADESSE ALICVI.

Ich wil euch beyſtehen in der noth.

Ie l'ayderay au beſoing.

Operam feram, cùm res poſtulabit. Adero tibi| præſto ero, vbi opus erit| vbi tempus feret | ſi rerum tuarum ratio poſcet| ſi occaſio requiret | vbi erit e re tua| ſi pertinere ad te videro| ſi tua referre intelligam.

Vide Opitulari.

ADMINISTRARE LAVDABILITER prouinciam.

Er hat das Land mit groſſem Lob vnd ſeiner Ehr regieret

Il à gouuerné le païs auec grand louange & à son honneur.

PRouinciam cum laude rexit. Rexit præclare prouinciam. Egregie administrauit prouinciam.

Magnâ virtutis & innocentiæ fama prouinciæ præfuit.

In illius administratione prouinciæ summa virtus enituit.

In gerendâ prouincia laudes illorum æquauit, quorum nomina propter egregia facta, singularemque iustitiam, perpetuo viuent in annalis hominum, quorum vigebat memoria in multos annos monitis tenata expressaque recte factorum monumentis|quorum memoriam ob iustitiæ præclara facta excipiet ac tuebitur immortalitas.

ADMINISTRARE REMP.

Wer sol das Regiment der gemeynden dörffen annemmen/ wann er gedenckt an die gefahr die jhr möchten zukommen?

Qui oseroit entreprendre l'administration de la republique, se mettant au deuant des yeux les perils qui lui imminent?

QVis Remp. attingere audeat, tot periculorum metu proposito?

Quis Remp. capessere|suscipere| administrare|gerere|tractare| quis ad Rempublicam se| sua studia conferre|quis operā Reip. dare|in Republica versari facilè ac libenter velit|animū inducat, qui sibi tot impendere|imminere pericula intelligat|tot periculis impēdentibus|imminentibus?

In Regiment der gemeynden muß man vber all zusehen zu der gerechtigkeit?

Au gouuernement de la republique faut-il auoir sur tout esgard à la Iustice.

IN administranda Rep. rectum spectare debemus. In tractanda Repub. |in administratione Reip. ius|honestum tueri| pectare|sequi|nihil præterea debemus.

Ich mag mich nicht lang berathschlagen/ ob ich die handlung meiner sachen annemen solle.

Il n' est pas en moy de prendre conseil, si se doine entre prendre le maniement des affaires publiques.

NOn est mihi expedita de capessenda Rep. delibera-tio.

Integra mihi res non est ad consulendum, capessam, nec ne Remp.

Teneor implicatus, nec mea expedire consilia possum de suscipienda Republica. Non est mihi libera | soluta deliberatio | liberam non habeo capiendi consilii facultatem de suscipienda | administranda Republ.

Vide Magistratum gerere.

ADMINISTRARE RES ALIENAS.

Meine sachen solten einen guten fortgang gehabt haben/ wenn jr die handlung recht darvon gehabt hettet.

Mes affaires eussent eu bon succes, si tu eusses eu le maniement.

REs meæ bene & ex sententia successissent, si tu eas gessisses.

Res meæ prosperè cecidissent | nihil in rebus meis accidisset incommode, si tu eas administrasses | tractasses | curasses | procurasses | si rebus meis præfuisses | operam dedisses | si rerum mearum | si fortunarum mearum cura penes te fuisset | ad te pertinuisset | si tua in rebus meis opera vsus essem | si rationes meæ te curatorem | te procuratorem habuissent.

Vide Curare res alienas.

ADMINISTRATIONIS ANNVÆ finem attingere.

Ich hab meinen Järigen lust vollendet.

I' ay acheué ma charge annuelle.

ANnuo munere sum perfunctus.

Absoluta est annua administratio.

Emeritæ mihi sunt annuæ operæ.

Emeritum mihi est annuum tempus.

Annuum munus | tempus confeci | absolui | decurri.

An-

Annui imperii| administrationis annuæ finem attigi.
Ad finem perueni.
Abiit|præterijt dies annua|annus imperii mei.

ADOLESCENS. ADOLESCENTIA.
Ab adoleſcentia.

Wir haben angefang n einander zu lieben von iugent auff.
Nous auons commence a nous entr'aimer des nostre bas aage.

AMicitia eſt inter nos inita iam inde à prima adoleſcentia.

Amare cœpimus inter nos iam tum, cum adoleſcentuli eſſemus.

In amicitia coiuimus à primis adoleſcentiæ annis.

Animos noſtros amore iunximus iam ab illo tempore, cum annos adoleſcentiæ primos attigiſſemus.

Amicitiam iunximus | amicitia eſt inter nos inſtituta|concreta iam inde ab ephebia.

Ortus eſt inter nos amor, cum ex ephebis vixdum exceſſiſſemus| eſſemus egreſſi.

ADVERSARI, ADVERSARIVS.

Ihr ſeyd vns viel zu harten gegenpart.
Vous nous eſte vn aduerſaire trop aſpre.

ADuerſarium te nimis grauem habemus.

Nimis acrem | infenſum | acerbum | vehementem| crudelem te aduerſarium habemus.

Nimis acerbus| nimis aduerſus | nimium grauis atque infenſus nobis es.

Oppugnas nos| nobiſcum pugnas |nobis aduerſaris quam potes acerrime & grauiſſime | nimium grauiter.

Nullam aduerſus nos iniuriam prætermittis.

Nulla non iniuria| nulla re non laceſſis.

Tuis contra nos viribus vteris.

Quidquid habes virium, contra nos confers.

Tuam in nos vim confers.

Omnia conaris|nihil non agis|moues|tentas| moliris|experiris| machinaris| moues oēs machinas | nihil non tentas ad perniciem noſtram.

Aduerſario te vtimur nimis acerbo | nimis infenſo.
Agis contra nos | in nos | aduerſus nos | pugnas aduerſus nos inique nimis.
Irruis in nos quo potes impetu | quam potes maximo | eo impetu, qui poteſt eſſe maximus.
Facis maximum impetum contra nos.
Aduerſarius es nobis nimis infenſus | infeſtus | vehemens | ſæuus | propenſus nimis ad exitium noſtrũ | noſtrum ſanguinem nimis auide ſitiens | totus incumbens ad perniciem noſtram.

Vide Pugnare, Affligere.

ADVESPERASCIT.

Der abend felt herein.
Le ſoir vient.

ADueſperaſcit. Veſpertinum crepuſculum adeſt, Nox aduentat. Lucem tenebræ pellunt.
Veſpera appropinquat. Diei iam ſuccedit nox.
Dies abit nocte aduentante. Cedit iam nocti dies.

ADVLARI. ADVLATOR.

Meynet nicht daß ich ſolchs ſage durch heuchlerey.
Ne penſe pas que ie die cela par flacterie.

NE me putes fictè loqui, vt gratiam à te ineam. Noli putare me hoc auribus tuis dare | gratiam tuam aucupari | velle tuis auribus inſeruire | eſſe blãdum | aſſentatione vti | aſſentationis artificio tuam gratiam quærere.
Noli putare hoc me loqui ad voluntatem tuam | ad colligendam beneuolentiam tuam | te mihi vt adiungam | tuam in amicitiam vt me penitus inſinuem.

Vide Gratificari. Oratio blanda.

ÆGROTARE EX ITINERIS labore.

Er iſt vom reyſen ſo müde geweſen/daß er in ein gefährliche kranckheit gefallen.

Il s'atellement laße de cheminer, qu'il est tombe en vne fort dangereuse maladie:

ITineris labore ita est defatigatus, vt in grauem inciderit morbum.

Itineris laborem ita grauem sensit|expertus est | itineris labore ita est affectus| fract9, vt ægrotauerit periculosè|dubia vitæ spe | vt morbo sit affectus difficillimo.

Labor itineris ita grauiter eum affecit | afflixit, vt morbi causam attulerit, & eius morbi, qui vitam in discrimen adduceret|in quo de vita prorsus ageretur | in quo vita veniret in dubium.

Vide Fessus de via.

ÆGROTARE EX STVDIORVM labore.

Er war franck worden/wegen zu vil studierens.
Il estoit tombe en maladie par auoir trop estudie.

INciderat in morbum ex immoderato studiorum vsu.

Ægrotabat|iacebat|morbo languebat|male se habebat|affectus grauiter erat| valetudine vtebatur aduersa|decũbebat oppressus morbo | laborabat morbo| valebat pessimè|ex labore| ex intemperantia studiorũ| ex nimia studiorum consuetudine|ob studiorum labores|quod ei studiorum modus esset nullus| quia minime sibi parceret in studiis.

Vide Valetudo infirma. Studere supra modum.

ÆQVIPARARE.

Carolus mag mit recht dem Julio Cesari verglichen werden.
Charles peult à bon droict estre paragonne à Iule Cesar.

CArolus meritò Iulio Cæsari comparandus est. Carolus meritò æquandus | exæquandus | æquiparandus | assimilandus est Iulio Cæsari | par | similis | æqualis | minime virtute inferior | minime absimilis | minime dissimilis | minimè impar existimandus est Iulio Cęsari | cum Iulio Cæsare conferendus | Cæsari minimè post habendus | tanti quanti Cæsar faciendus | Cæsaris virtutes assequitur | vinci à Cæsare se non patitur.

Niemandt kan mit euch vergliechen werden.
Il n'y a personne, qui puisse estre esgale a toy.

TEcum conferri nemo potest.
Tecum comparari | contendere | tibi æquari | æquiparari | assimilari nemo potest. Incomparabilis es. Nemo est, qui tibi par sit. Solus | vnicus es.

ÆSTIMARE.

Ich weiß wie hoch ihr ihn achtet.
Ie scay quel credit il a enuers toy.

NOui quanti eum facias. Noui locum, quem tenet apud te | quo sit apud te loco | qui sit apud te.

Ich bitte vmb des grossen ansehens willen/darin ihr bey mir seyd/ das ihr diesen Menschen annemet.
Ie vous prie pour la grande reputation en laquelle tu es aupres de moy, de receuoir cest homme ici.

PRo eo quanti te facio, peto à te, vt hominem suscipias.
Pro eo quanti es apud me | pro eo quanta mea est erga te obseruantia | quantum tibi tribuo | quantum tibi defero | pro mea de te opinione | pro animo | voluntate | studio in te meo, peto à te, vt hominem complectare | foueas | in tuis habeas.

Vide Contemnere. Magnipendere.

AFFLIGERE.

Die grosse menge der auffrührischer hat Franckreich sehr beschädiget.
La grande troupe des seditieux a fort endommagé la France.

Mul-

MVlta mala Galliæ peperit ſeditioſorum multitudo.

Multa damna| detrimenta| incommoda| infortunia Galliæ attulit| intulit| inuexit ſeditioſorum manus.

Gallia damna tulit|pertulit| ſuſtinuit| paſſa eſt| perpeſſa eſt|cepit|accepit|damnis affecta eſt| in damna incidit | incurrit | magnam ſui iacturam fecit|grauiſſimis afflicta malis eſt|vehementer vexata | valdè comminuta eſt ex ſeditioſorum perfidia|ob impudentiſſimam turbulentorum fraudem & audaciam.

Der Krig hats gantze Land in iamer bracht.
La guerre a mis tout le pais en grand deſastre.

SVmmis difficultatibus regionem vniuerſam bellum affecit.

Ex bello|belli cauſa|propter bellum magnæ calamitates acciderunt|euenerunt|obuenerunt| contigerunt |obtigerunt| illatę ſunt|allatæ ſunt|oblatę ſunt vniuerſæ regioni.

Vniuerſam regionem in multas difficultates bellum coniecit|impulit.

Bellum vniuerſæ regioni exitioſum | pernicioſum| calamitoſum fuit | exitio|damno|detrimento|incommodo|calamitati fuit.

Ihr habt all ewere Freund verderbet.
Tu as ruiné tous tes amis.

TV tuorum omnium ſalutem afflixiſti.

Tuos perdidiſti| euertiſti fortunis omnibus | In vltimum diſcrimen | in miſerrimum ſtatum adduxiſti| inhanc omnium deterrimam omniumque miſerrimam conditionem adduxiſti.

Tuis exitium peperiſti|perniciem attuliſti|ſummam calamitatem ac peſtem importaſti.

Vide. Amplificatio dignitatis. Diſſenſio ciuilis. Miſerrimus. Bellum minime bellum.

AGGREDI ALIQVEM.

Die Straſſenſchender beſpringen den reyſenden Mann vnuerſehens.

Les brigands assaillent les voyageurs par embuches.

LAtrones ex insidiis viatores aggrediuntur. Latrones ex occultis locis subito | repentino | improuiso | nec opinato impetu viatores aggrediuntur | adoriuntur | inuadunt | petunt | in viatores irruunt | impetum faciũt | impressionem faciunt | incurrunt | insiliunt | in viatores sese immittunt | inijciunt | inferunt.

Vide Impetum facere.

AGRICVLTVRA. AGRICVLTVRÆ VACARE.

Es wird sehr gelobt daß man sich begibt zum Landbaw.

On loue fort, quand on s'adonne à l'agriculture.

AGriculturæ operam nauare, laudi ducitur. Nobile est opus agriculturæ

vacare | insudare | inseruire agrorum cultui | dare | dicare | tradere se colendis agris | terræ cultui | agricolam agere | ruri opus facere | se exercere in opere rustico. decori | honori ducitur.

ALIQVANDO.

Die zeit wird kommen daß man die tugend wird ehren.

Le temps viendra, que la vertu sera en honneur.

Erit aliquando illa dies quæ virtutem illustret. Lucebit, illucescet ille dies | veniet illud tempus | lucem illam aliquando videbimus | diem aliquandò illum sol afferet mortalibus, cum summus virtuti honos habeatur | tribuatur | cum virtuti debita merces persoluetur | debiti honores persoluantur | cũ virtuti deferatur summum | cum virtuti locus honestus vbique sit | cum virtus colatur | tanti æstimetur quanti est, cum virtus in honore sit magna in primis honestaque [illegible] sum locum habeat | cum virtus sit inter ea, quæ prima dicuntur.

ALTVS.

Der Berg Olympus vbertrifft mit seiner höhe alle andere berge.

Le mont Olympe surpasse en hauteur toutes les autres montagnes.

OLympus altissimus montium esse dicitur.

Olympus maximè celsus|excelsus|arduus|eminēs|procerus|sublimis|supremus esse dicitur.

Olympus dicitur altitudine mira super omnes mōtes esse|omnes alios montes excedere|superare.

Vide. Gigas.

AMANDVS, SEV AMORE dignus.

Er ist werth daß man jhn liebet.

Il est digne d'estre aimé.

DIgnus est qui diligatur.

Amore hominum dignus est.

Est qui ametur.

Es sind viel ding in jhme/ welche die liebe der Menschen zu sich erwecken können.

Il y a en luy plusieurs choses, qui peuuent gaigner l'amitie des hommes en son endroit.

SVnt in illo, quæ amorem concilient.

Possidet, quæ ad colligendam beneuolentiam valent.

Ad alliciendas voluntates|ad animos adiungēdos|ad comparanda hominum studia nihil desiderat|nihil in eo requiras|nihil ei deesse dicas. Causas amoris in eo plurimas, odii nullas, inuenias.

Amandus est propter multas suauitates ingenii, officii, humanitatis.

Eius suauitates|virtutes ipsi hominum amorem cōciliant|adiungunt studia|gratiam pariunt|comparant|adipiscuntur

Er muß ein hartes hertz haben/ der jhn nicht liebet.

C'est vn homme dur de cœur, qui ne l'aime point.

FErreus sit, qui illum non amet.

Auersus ab humanitate|expers humanitatis|prorsus homo non sit, qui illum amore non complectatur

Ich liebe euch/ vnd bin darzu bewegt durch ewere wolthaten vnd gute zuversicht/ so ich zu euch habe.

Ie t'ayme, estant esmeu par tes bienfaits, & la bonne opinion que i'ay conceüe de toy.

DIligo te beneficio quidem tuo prouocatus, sed iudicio etiam incitatus meo.

Fit beneficijs tuis, & inductione quadam animi mei, vt te diligam.

Contuli me ad te amandum, quia te dignum amore iudico| quoniam amabilis| quoniam is meus in te amor ex iudicio fluxit.

Meum de te iudicium consecutus amor est.

Mea de tuis virtutibus opinio beneuolentiam peperit.

AMARE VEHEMENTER.

Ich hab euch auß dermassen sehr lieb.
Ie l'aime singulierement.

AMo te plurimum.

Sic te diligo, vt neminem magis, ne ipsum quidem.

Singulari erga te amore sum.

Singulari sum in te beneuolentia.

Ego te, vt oculos meos, aut siquid oculis est carius, diligo.

Nemo est omnium, in quem magis, quàm in te, mea sit propensa beneuolentia| qui mihi te sit carior| quem ego vehementius, quàm te, diligam| quem ego maiore, quàm te, beneuolentià complectar| quem ego magis ex animo, quàm te, diligam.

Quo amoris vinculo adstricti sumus, eo nihil potest esse arctius| id eiusmodi est, vt laxari nullo modo possit.

Summè| vehementer| valdè| magnoperè| maximoperè| maximè| etiam atque etiam| mire| mirifice| incredibiliter| vnicè| singulariter| egregiè| insigniter| ex animo| ex intimo sensu| cum primis| in primis| apprimè| præcipue| admodum| oppido| maiorem in modum| mirum in modum| minimè vulgariter| non mediocriter te diligo.

Omnibus tibi necessitudinis causis coniunctus maximè sum.

Ita

Ita multæ mihi tecum necessitudinis causæ sunt, vt nihil possit esse iucundius.

Omnes mihi necessitudines | necessitudinum caussæ | omnia mihi necessitudinis summa iura tecum intercedunt.

Mihi tecum omnia sunt.

Amo te singulariter omnibus de caussis.

Omnibus ad te amandum caussis, adducor | moueor | impellor.

Causam tui diligendi nullam non habeo.

Arctissimo necessitudinis vinculo coniuncti sumus.

Nihil est nostra necessitudine coniunctius.

Peruenit ad summum amicitia nostra.

Beneuolentia in te mea ad summum peruenit | aucta sic est | ita iam creuit, vt nihil ad eam possit accedere.

Amor in te te meus is est | ita accumulatus est, vt addi nihil possit.

Æque | similiter | pariter ac me ipsum | itidem vt me ipsum | non aliter, non secus ac me ipsum te diligo.

In te amando nemini concedo.

Qui te vehementius diligat, concedo nemini.

Amorem in te meum cogitatione fortasse consequi | complecti possum, verbis quidem exprimere | explicare | expromere profectò non possum.

Cùm te multi diligant, in amore tamen omnes vinco | principatum appeto | primas partes mihi vendico | principem locum obtineo.

Fero te in oculis. Mihi es in amoribus.

Nihil mihi est te carius.

Secundum Deum | post Deum | excepto Deo | cum à Deo discessi, nemo mihi est te carior.

Primum in amore Deum, te habeo proximum.

Amor in te meus tantus est, quantus potest esse maximus.

Hæreres mihi in animo | in medullis | in intimis sensibus.

Vt pater in filium, ita ego in te sum animatus.

Habeo te loco fratris.

Quid

Quid est cur te non etiam atque etiam diligam?

Quod vinculum|quod studij genus aut officij| quæ omnino res amori nostro|amicitiæ| coniunctioni | necessitudini nostræ deest| in amicitia nostra requiri aut desiderari potest?

Amorem in te meum verbis exprimere qui possum, quem cogitatione vix complector | cuius magnitudinem vix mente comprehendo?

Wolt jhr freundschafft mit dem halten / so habt jhr niemand der kluger oder euch mehr zugethan sey/wenn ewere sachen solchs werden erfordern.

Si vous voulez entretenir amitié auec cest homme là, vous n' aurez personne plus vaillant, & plus affectionné à vous, quand tes affaires les requerent.

SI complecti hominem volueris, neminem habebis, cùm res tuæ postulabunt, neque præstantioris animi, neque maioris in te beneuolentiæ.

AMOREM PATEFACERE.

Ich werd meine außbündige liebe gegen euch mit der that erzeigen.

Ie monstreray par œuure mon singulier amour enuers vous.

MEam in te singularem beneuolentiam re declarabo.

Meam in te non mediocrem|non vulgarem|eximiam|summam |incredibilem beneuolentiam re ostendam|patefaciam | quouis officiorum genere testificabor|testatam apud te relinquam|tibi probabo|sic officijs ac studijs illustrabo, vt eam & tu, & omnes clarissime cernant|sic officijs illustrabo, vt ea tibi, atque adeo cunctis hominibus, clarissime pateat.

Nullum erga te officium hominis amantissimi prætermittam.

AMOR MVTVVS.

Cicero vnd Cato waren grosse freunde / vnd in der sachen der gemeinden eines sinnes.

Cicero & Caton estoyent grands amis, & aux affaires de la republique de mesme opinion.

ERant Cicero & Cato, & amicitiâ & sensibus in Rep. coniunctissimi.

Amabant inter se vehementer Cicero & Cato, & erant pariter in Remp. animati, & erant sensibus in Rep. consentientibus.

Wir lieben einander. *Nous nous entr'aimons.*

MVtuò amamus inter nos.

Vicissim|pariter|æque|similiter|amore mutuo|pari|non dissimili amamus inter nos.

Par voluntas ab vtroque nostrum accipitur, ac redditur.

Ihr habt mir nicht so grosse liebe bewiesen alß ich euch.
Ton amour n'a point correspondu au mien.

ANimus tuus in amore mihi non respondit.

Non præstitisti mihi eum animum, quem debebas.

Parem in me beneuolentiam minime declarasti.

Mutuæ beneuolentiæ significationem non dedisti.

Tuum in me amorem non esse cum meo conferendum|inferiorem esse meo|infra meum esse|non esse te mutuo erga me animo|non æquè atque ego sum in te, animatum demonstrasti|indicasti.

AMOR RECTVS EX VIRTVTE.

Die liebe ist allein zu preysen/welche auß der tugend vnd nit auß dem glück herspriesset.

Cest amour seul est digne de louange, qui procede de la vertu plustost, que la prosperité.

EA demum laudabilis est|ea præclara beneuolentia, quam virtus, non fortuna peperit.

Honestus & rectus amor ille est, qui ex animi potius, quàm è fortunæ bonis exoritur|emergit|existit|emanat|effluit.

Qui virtutem in diligendis amicis, non fortunam sequitur, is optimo consilio vtitur|laudabiliter agit|ei laus debetur.

Quicunque fortunam in amore spectat, non virtutem,

tem,iudicio labitur | sincerum in eo simplexque iudicium requiras|desideres.

AMPLECTI.

So offt ich jhn sehe/so vmbfäng ich jhn.

Toutes & quartes fois que ie le voy, ie l' embrasse.

QVotiescunq; eũ video,medium amplector|complector | amplexor | brachia homini in collum inicio| amplexu hominem peto | aggredior | vincio | arctè teneo | contineo | foueo| apertis brachiis eum amplexurus adeo | ad eius caput aduolo | meum pectus eius committo|constringo|adiungo|appello| admoueo pectori.

AMPLIFICATIO DIGNITATIS.

Da jhr mehr ehr müste erlangen/hat der vnwill ewerer feind euch darnider geschlagen.

Lors que tu debuois obtenir plus grande dignité, alors l' iniure de tes eunemis t'a ruiné.

QVo tempore plus consequi dignitatis debebas,tum te tuorum inimicorum afflixit iniuria.

Quo tempore debuit illustrior esse tua laus|debebas florere| altius ascendere| maiorem obtinere existimationem|præstantiorem esse loco| maior ac præstantior haberi debuisti. tum te tuorum inimicorum iniuria perdidit|oppressit| euertit omnibus bonis| ad exitium detrusit|impulit|non modo e numero viuentium, sed planè infra mortuorum conditionem amandauit.

Vide Honori fauere. Impetum facere. Affligere.

AMPLIFICATIO HONORIS, ET diuitiarum.

Ich erfrewe mich der vermehrung ewer ehren vnnd reichthumb.

Ie m' esiouy de veoir le grand accroissement de ton honneur & & de tes richesses.

LÆtor quod magnas tibi tum fortunæ, tum dignitatis accessiones video esse factas.

Multum & ad fortunam, & ad dignitatem tuam accessisse|additum esse| tum fortunam, tum dignitatem tuam magnopere creuisse | auctam esse | amplificatam

esse|

esse|valde te fortunâ simul & dignitate auctum | quod tua sit dignitas illustrior, domestica res amplior| quod & honore magis quàm antea florere, & abundare cœperis fortunæ bonis, vehementer gaudeo.

ANGVSTA LOCA.

In dem gebirg Apenninus genant/ hat es enge vnd mühselige wege.

Il y à grands & difficils destroicts de chemin au mont Apennin.

IN alpibus Apennini magnæ sunt admodumque difficiles locorum angustiæ.

Impeditissimus est ad iter faciendum mons Apenninus.

Labor est maximus per montem Apenninum iter habentibus.

Per Alpes Apennini iter habentibus magno sunt impedimento difficultates & angustiæ locorum.

Nihil incommodius, quàm illas Apennini montis angustias pertransire.

Nihil molestius, quàm ex illis Apennini montis angustiis ac difficultatibus euadere.

Per Apennini Alpes euntibus angusta loca crebra se obiiciunt|impedimenta opponunt| difficilem ac laboriosam viam reddunt.

Vide Iter difficile.

ANIMVM ALICVIVS PENITVS cognoscere.

Ich wolt: jhr köndet mit ewren augen sehen/ was gunst ich zu euch trage.

A la mienne volonté que tu peusses voir de tes yeux comment ie te suis affectionné.

VEllem, quomodo affectus erga te sim, oculis cernere tibi liceret.

Vellem, quæ sit in te animi mei propensio, posses inspicere.

Cuperem sensus tibi patere intimos animi mei.

Nihil

Nihil mihi eſſet optatius, quam vt eas mentis meæ partes, quæ oculos latent|ab oculis remotæ ſunt|oculis minimè patent, poſſes introſpicere | perluſtrare| diſpicere|dignoſcere.

Nihil mihi ſuauius| antiquius | carius poſſet accidere|euenire | cadere| ſuccedere| contingere, quàm vt tu in penitiores animi mei receſſus oculorum aciem dirigeres.

Ich weiß was er für ein Mensch ist

Ie cognoy bien quel homme c'est.

PRobè hominem noui.

Pulcrè| præclarè| perfectè | planè | penitus hominem noui.

Habeo illum omninò cognitum.

Qui ſit | quo animo | quo ſenſu| quo ingenio præditus ſit|qui ſit eius animus; quæ voluntas, me non latet| optimè noui.

Senſus eius egregiè teneo|calleo.

Neque ipſe me, neque ſtatus eius vlla ex parte latet|. præterit| fugit.

Mein [illegible] ist euch wol bekant.

Mes deſſeins te ſont bien cognus.

MEa conſilia planè tibi nota ſunt.

Qui ſit ſenſus meus | quæ conſilia, probè noſti| præclarè intelligis|non te latet.

Cognitum habes ac perſpectum animum meum.

Tenes conſilia mea|meum animum |ſenſus meos.

Vide Detrimentum leue.

ANIMVM APERIRE.

Wenn ich die gelegenheit werd haben ſet ich euch mein hertz zuerkennen geben.

Quand l'occaſion ſe preſentera, ie vous feray entendre mon affection.

VBi ſe obtulerit occaſio, indicabo tibi animum meũ.

Cùm occaſio poſtulabit|vbi res feret, patefaciam tibi animum meum | ſignificabo| declarabo| aperiam|, teſti-

teſtificabor | re tibi probabo animum meum | extabit animus meus | patebit | cõſtabit | perſpectus erit animus meus, ſignificationem tibi dabo, ſigna oſtendam | argumenta præbebo animi mei | animum tibi meum certa præbebunt argumenta | ex apertis | minimè obſcuris | dubi s a gumentis | ſignis | indiciis | teſtimoniis animum meum | meam voluntatem | meos ſenſus cognoſces | perſpicies | intelliges | conijcies | mea in te ſtudia extabunt; efficiam vt notior ſit & illuſtrior meus in te animus.

Ich kan mein gedancken mit keinen worten außſprechen.

Il ne m' eſt pas poſſible de donner par paroles mes penſées a entendre.

MEnti cogitata non eſt, vt poſſim verbis explicare.

Mentis conſilia | animi ſenſa, ſenſus intimos non eſt vt poſſim enunciare | verbis proloqui, non eſt vt poſſim oratione | ſermone deprimere | explanare | exprimere | efferre | enunciare | patefacere | oſtendere.

Exprimendis animi ſenſis impar oratio eſt | nulla ſufficit oratio | verba deſunt | apta verba requiruntur.

Mentem oratio non aſſequitur | non æquat | exprimere ſatis non poteſt.

ANIMVM RECIPERE.

Durch ewere löbliche thaten haben die ſo verzagt waren / widerumb einen muth geſchöpfft.

Par tes loüables actions, ceux qui auoient eu crainte, ont maintenant repris courage.

TVis præclaris actionibus, qui antea timebant, excitati ſunt.

Tuis præclaris actionibus, qui antea timebant, recreati ſunt | ad bonam ſpem | ad fortitudinem reuocati ſunt | animos receperunt | recuperarunt | collegerunt | reuocarunt.

ANTECELLERE.

Niemand kan ſnellen din en außbündig ſeyn.

Il n'y a perſonne qui puiſſe en toutes choſes eſtre excellent.

NEmo in omnibus poteſt excellere.

Nemo

Nemo in omnibus poteſt præſtare | primas ferre | primus eſſe | ſuperare omnes | æqualem non habere | eſſe ſine æquali | omnibus præire | anteire | antecellere | excellere | præferri | inſignis eſſe | eminere | palmam ferre | cum nullo conferri | eſſe anteſignanus.

Vide Vir perfectus. Patronus præſtantiſſimus. Conditio ſingularis.

ANTEPONERE.

Man muß höher achten das / was ehrlich / dann was nützlich iſt.

Il faut plus preferer ce, qui eſt honneſte, à ce qui eſt vtile.

DEbemus honeſtum ſpectare magis, quam vtile Honeſtum magis colere | diligere | curare | ſequi debemus, quam vtile,

Honeſtum pluris, quàm vtile, æſtimare | facere | pendere | putare | reputare | ducere debemus

Honeſtum vtili præferendum | præponendum | anteponendum.

Antiquior | potior | prior nobis debet eſſe de honeſto cura, quam vtili.

De honeſto potius expedit, quam de vtili, laborare | cogitare | curam gerere.

Propoſitum habere decet honeſtum potius quàm vtile.

Ad honeſtum potius quam vtile noſtra conſilia | ſtudia | cogitata | decet intendere | dirigere.

Vtile contemni præ honeſto decet.

In noſtris conſiliis & cogitationibus plus honeſto quàm vtili, debet eſſe loci.

Spectare honeſtum magis, quàm vtile, noſtra debet induſtria.

Conferri | referri ad honeſtum potius, quam ad vtile, noſtra debent conſilia.

Maiorem decet honeſti rationem habere | ducere, quam vtilitatis.

Ich hab nichts liebers gehabt / dann der gemeynden wolfahrt vnd freyheit.

Ie n'ay rien eu de plus cher, que le salut public & commune liberté.

CVræ mihi fuit salus ac libertas publica sic, vt nulla res æque.

Nihil antiquius communi salute ac libertate iudicaui.

Omnium rerum mihi prima fuit publica salus ac libertas.

Communi salute ac libertate nihil mihi fuit potius.

Omnia sum aspernatus præ communi salute ac libertate.

Pluris apud me, quam omnes res, vniuersorum salus ac libertas fuit.

Nulla de re tantum, quantum de communi salute ac libertate laboraui.

Salutem publicam ac libertatem rebus omnibus antepofui|præpofui|prætuli.

Vide Credere alicui. Vita cara.

APPELLERE.

Ich bin gestern zu [illegible] ankommen.

Ie suis hier arriué à Liege.

HEri Leodium veni.

Appuli|appulsus fui|accessi|adueni|perueni|deueni|attigi heri Leodium.

APPROBARE.

Was ihr thun werdet/wirdt [illegible] jedermenniglich gefallen.

Ce que tu feras, sera au grand contentement d'vnchascun.

OMnibus approbantibus hoc facies.

Nemini non satisfeceris.

Hoc tuum factum reprehendet nemo | nemo non probabit | nemo erit qui non probet.

Hoc tuo facto lætabuntur omnes.

Vide Consentire.

APPROPINQVARE.

Es gezähmet sich nicht wol/ daß man der mawren so nahe [illegible].

Il n'est pas seant s'approcher si pres de la muraille.

Non

NOn decet tam propè accedere parieti.

Non conuenit tam hærere parieti|appellere|applicare|admouere se parieti|appropinquare|accedere|proximum esse parieti|parietem pro, tenere|parietem versus tendere|adire|contendere|agere|se impellere|ad parietem deflectere|iuxta parietem ire.

Ich meine die sach sir bereit zu ein ende kommen.
Ie croy que l'affaire est proche de la fin.

VT opinor res non abest longius.

Vt opinio mea fert, non longe absumus à re|longinqua res non est.

Puto rem aut iam esse aliquam, aut appropinquare.

Aut confectum iam aliquid, aut inibi esse arbitror.

Vide Bellum imminens.

APTVS AD OMNIA.

Er hatte von natur ein geschicklichkeit zu allen dingen.
Il auoit naturellement vne dexterité à toutes choses.

DEderat hoc natura, quidquid aggrederetur, vt egregiè conficeret.

Natus ad omnia videbatur.

Ingenium acceperat à natura ad omnes res appositum atque accommodatum.

Eo erat|eo vtebatur ingenio, quiduis vt exequi|præstare satis commodè posset.

Præcipuo quodam naturæ munere aptus erat|accõmodatus|appositus ad omnia.

Habebat hoc à natura, vt quamcunque ad rem se cõferret|quamcunque rem capesseret, eâ non pessimè perfungeretur|ex ea cum laude discederet.

Aptissimus erat ad omnes res.

Nemo erat illo commodior aut aptior.

Propè factus à natura videbatur ad oẽs res.

Appetitum quiddam possidebat ad omnes res.

In omni re|in omni iudicio elegantissimus est.

Egregio iudicio perpolitus est.

Sum-

Summa est in illo ingenij suauitas & elegantia. Nihil agit non apte| non commode| non eleganter | non laute| non venuste|non lepide| non egregiè.

Lepores| elegantiam| lautitiam |venustatem habet in omni re.

Quidquid agit, cum lepore agit | cum elegantia| sic vt gratiam ab omnibus ineat | vt aptior | accommodatior, | idoneus magis videatur esse nemo.

Vide Paratus. Ingeniosus.

ARDERE.

Helena halber ist die stat Troia verbrand worden.
A l' occasion d' Heleine la ville de Troia a esté bruslee.

HElenæ causâ Troia conflagrauit.

Helenæ causâ Troia incendio perijt | igne absumpta est|consumpta est|arsit|exarsit|flagrauit|deflagrauit|incensa est.

Diese nacht ist ein grosser brand gewesen.
Ceste nuict vn gran feu c' est allumè.

HAc nocte non mediocre excitatum est incendium.

Hac nocte vehemens ignis accensus est | ædes multæ conflagrarunt| combustæ sunt| igni correpta | consumptæ | absumptæ sunt| grauis admodum periculi| summi damni exorta flamma est.

ARROGANTIA NIMIA.

Ihr hattet zu viel von euch selbsten.
Tu presumes trop de toy.

ARrogas tibi plus, quàm licet.

Altius, quàm oporteat, ipse te extollis.

Nimium tibi tribuis|arrogas|assumis.

Nimium te effers|tibi places|assentaris tibi ipsi| te amas.

Cum de te iudicas, non rationem consulis|non veritatem.

Largiris ipse tibi plus, quàm veritas concedat | plus quàm veritati.

Plus tibi aſſumis, quam deceat|liceat| conueniat|æquum ſit|oporteat|ratio ferat|patiatur|concedat.
Ita ſuperbè agis, vt ferri non poſſis.
Superbia es prorſus non ferenda.
Parem tibi neminem eſſe vis.
Te cunctis antefers.
Omnes deſpicis, te verò vnum ſuſpicis.
Tibi ipſe magnus es atque eximius.
Amas ipſe te ſine riuali.
Omnia putas eſſe in te vno collocata.
Fortunam ipſam minus eſſe teipſo fortunatã putas.
Perſuaſum habes tuis te fortunis ipſam fortunam anteire.

Jch miſſe mir ſo viel nicht zu.
Ie ne m'attribue pas tant.

NOn mihi tantum tribuo.
Non eam de me opinionem ſuſcepi.
Hoc mihi non ſumo|aſſumo|arrogo|adſciſco.
Non ita mihi aſſentor. Non ita mihi placeo.
Non ita me effero.
Non in me tantum ſtatuo|pono|loco.
Non ipſe mihi tanti ſum Non ita valdè me amo.
Non ipſe me tanti facio|æſtimo|pendo|puto|reputo|duco.

Jch halte mich nicht für ſo weyſe.
Ie ne me tiens pas pour ſi ſage.

AD hunc me ſapientiæ gradum perueniſſe non puto.
Eam mihi ſapientiam contigiſſe non ſentio.
Fateor eò me ſapientiæ non perueniſſe | eà me ſapientiâ non eſſe|non vſque adeo me ſapere.

Vide Gloriæ cupidus.

ASSVESCERE LABORIBVS.

Jhr ſeit der arbeit nicht gewohnet.
Tu ne t'es pas encores accouſtumé au trauail.

NOndum laboribus aſſueuiſti.

Non-

Nondum es laboribus assuetus|assuefactus.
Labores ferre ac sustinere nondum consueuisti.
Labores nondum satis expertus es|sensisti:|.ulisti.
Nondum es in laboribus planè versatus|exercitatus.
Nondum tibi familiaris labor est.
Rudis|insolens es in laboribus.

Vide Consuetudo. Obstupefacere, Callum obducere.

ASTVTIÆ. ASTVTIAS improbare.

Schalckeit vnd listigkeit gfallen mir nicht.
Les ruses & finesses ne me plaisent pas.

AStutiæ mihi non placent.
Astutiæ mihi non probantur|non satisfaciunt.
Non amo astus|artem simulandi:|fraudem artificio tectam|mores ab aperta quadam simplicitate alienos.
Sum ab astutis alienus.
Abhorret animus meus ab astutijs.
Fucum ac fallacias|vafritiem|nimiam calliditatem|astuta ingenia|versuta|vafra|nimis callida|ingenia ad astutias|vafritiem|calliditatem propensa naturali quodam odio prosequor.

ASTVTISSIMVS.

Hannibal vbertrifft alle die Carthaginenser in Kriegs listen.
Hannibal estoit au faict d'armes entre tous ceux de Carthago le plus fin & rusé.

HAnnibal in scientia rei militaris astutissimus fuit omnium Pœnorum.
Hannibal in re bellica|in gerendis bellis callidissimus|vaferrimus|versutissimus fuit omnium Pœnorum|vafritie|calliditate|astutijs|astu|arte vicit|anteiuit|antecessit omnes Pœnos|præstitit|antecelluit|superior fuit omnibus Pœnis|excelluit inter Pœnos|parem habuit Pœnorum neminem.

Vafritie|calliditate| verſutia |aſtutiis|aſtu|arte in re bellica nemo omnium Pœnorum cum Hannibale conferendus | comparandus | æquandus| componendus.

In bellicis aſtutijs atque artibus aſpirare ad Hannibalem ex Pœnis nemo potuit.

Ad eam calliditatem | vafritiem|artem, qua gerendis bellis Hannibal excelluit,aſpirare ex omnibus Pœnis nemo potuit.

Quis Pœnorum Hannibali gerendorum bellorum ſcientiâ par fuit?

Quis perfectam belli gerendi rationem vt Hannibal tenuit|calluit|nouit | poſſedit | conſecutus eſt |obtinuit?

Vide Fallere. Sincerus Solers.

AVARITIA. AVARVS. AVARItiæ nomine accuſari.

Man helt euch für einen geitzigem Menſchen.

L'on te tient pour vn homme auaricieux.

Auaritiæ nomine malè audis.

Suſpectus in primis es auaritiæ nomine.

Auaritiæ tibi crimen obiicitur| exprobratur.

Auaritiæ flagras infamiâ.

Infamiâ laboras auaritiæ.

In te confertur auaritiæ culpa.

Tibi auaritiæ nota inuritur.

Accuſaris|reprehenderis| exagitaris vt in auaritiam pronior|vt ad auaritiam procliuior | vt homo diuitiarum nimis appetens | immoderate ſitiens | ſupra modum cupidus|cupidior quàm ſatis eſt | vt homo nimius in diuitiarum cupiditate.

Vnder allen Römern war kein geitziger dann Craſſus.

Il n'y auoit aucun entre les Romains plus auaricieux que Craſſus.

Peſſimè omnium Romanorum audiebat Craſſus auaritiæ nomine.

Maximè omnium Romanorum Craſſus auaritiæ flagrabat infamiâ.

Nemi-

Nemini grauior ac turpior in vrbe Roma, quàm Crasso, inurebatur auaritiæ nota.

Auaritiæ vitio Crassum magis, quàm quemuis alium, hominum notabat opinio.

Aurum sitire maximè vnus omnium Crassus putabatur.

Opes appetere magis quàm cæteri|præter cæteros Crassus putabatur.

Incumbere ad opes|inhiare diuitijs tanto studio, quanto in vrbe Roma nemo præterea, Crassus existimabatur.

Vide Diuitias omni studio quærere. Inclinare. Parcus Lucrari.

AVARITIA COMMVNE vitium.

Der geitz ist heutiges tags vberall zerstrewet.

L'auarice est pour le iourd'huy espandue partout.

His temporibus auaritia omnium animos occupauit ac tenet.

His temporibus latissimè patet auaritia.

In omnium animos irrepsit auaritia.

Infecti sunt omnes auaritiæ labe.

Auaritiæ vitio hodie fere nemo non laborat.

Propensi fere omnes sunt ad auaritiam.

Vbique|vbiuis|vbiuis locorum|vbique locorum dominatur|regnat|viget maximè auaritia.

Nusquam non est auaritia.

Auaritia orbem terrarum est complexa.

In re quærenda|in opibus congerendis|in diuitijs colligendis|comparandis|contrahendis|plus operæ ponitur|consumitur|locatur, quam deceat.

Ad summum peruenit auaritia.

Eo processit|eo est auaritia progressa, quò maximè potuit|quo longius non datur|quo non licet vlterius.

AVARITIA MVLTORVM malorum causa.

Der geitz ist ein vrsprung vnd wurtzel vieles böses.

L'auarice est la source & la racine beaucoup de maux.

PArit auaritia multa mala.

Exiſtunt|naſcuntur|proficiſcuntur|proueniunt|effluunt|emanant|exoriuntur ex auaritia multa mala.

Multorum malorum cauſa|origo|principium|fons|radis auaritia eſt.

Multorum malorum cauſa referenda in auaritiam|conferenda in auaritiam|aſcribenda|aſſignanda|tribuenda auaritiæ eſt.

Culpam ſuſtinet auaritia multorum malorum.

AVCTOR TVRBARVM AVT malorum.

Du biſt ein vrſach dieſes autruhrs.

Tu es cauſe de ceſte eſmeute.

TVes auctor harum turbarum.

Hæ turbæ te auctore fiunt|ex te fiunt|oriuntur|veniunt|accidunt|ex te proficiſcuntur|manant|prodeunt.

Tu has turbas cies|facis|excitas|das|exhibes|feris|moues|affers|trahis|edis.

Tu es harum turbarum fons|caput|origo|excitator|principium|radix|cauſa.

Du biſt ein vrſa h alles dieſes vbels.

Tu es autheur de tous ces maux.

TV hæc mala peperiſti.

Tu hæc mala excitaſti.

Tu horum malorum cauſa|fons & origo es.

Tu tantas malorum faces incendiſti.

Tu horum malorum initium attuliſti.

Auctor horum malorum præter te nemo fuit.

A te fluxerunt hæc mala|damna|incommoda|infortunia|detrimenta|hæ calamitates|acerbitates.

A te fluxit hæc pernicies|hoc exitium|hæc rerum euerſio.

Horum malorum culpam ſuſtines.

Horum in te malorum culpa conferenda eſt omnis.

Hæc tibi ſunt aſcribenda|aſſignanda mala.

Has calamitates vni tibi acceptas referre debemus.

AVDI-

AVDIRE.

Warumb hörest du noch ihren worten?

Pour quoy prestes tu l'oreille à leur propos?

CVr ad illorum sermonem aures tuæ patent?

Cur horum sermonibus aures præbes?

Cur hi tuis auribus vtuntur æquissimis?

Cur hi te tam facilem habent in audiendo?

Cur tantam audiendi molestiã aures tuæ sustinent?

AVGERE. AVGERI.

Pompeius hat das Römische Reich sehr gemehret.

Pompee à grandement aggrandi l'Empire de Rome.

VAlde Pompeius auxit imperium Romanum.

Pompeius valdè amplificauit imperium Romanum.

Pompeius multum protulit|produxit|protendit imperij Romani terminos.

Multum addidit Pompeius | adiunxit ad imperium Romanum.

Pompeius multas regiones in populi Romani potestatem redegit|populo Romano subegit|ad populi Romani ditionem adiunxit.

Magna per Pompeium ad imperij Romani vires| ad opus populi Romani accessio facta est.

Das Römische Reich ist in kurtzer zeit mit viel Ländern gemehret.

L'Empire Romain en peu de temps est augmenté de beaucoup de pais.

MVltis regionibus breui auctum est imperium Romanum.

Multarum regionum accessio facta est ad imperium Romanum.

Multæ regiones in ditionem populi Romani venerunt| in potestatem populi Romani redactæ sunt|subactæ sunt.

Multæ regiones ad imperium Romanum accesserunt|additæ sunt|adiunctæ sunt.

Iura potestatemque populi Romani subierunt multæ regiones.

Jch hab zu diesen hüpschen sprüchen in diesen letzten truck viel zugethan.

I'ay beaucoup adiousté à ces elegances en ceste nouuelle edition.

EGo his elegantiis noua hac editione multum addidi.

His elegantiis per me magna accessio facta est | multum est additum.

Hæ elegantiæ magnum per me incrementum ceperunt | acceperunt | susceperunt | magnopere auctæ | valde locupletatæ sunt.

Hæ elegantiæ multò locupletiores | auctiores | copiosiores | vberiores | pleniores procedunt | in lucem eduntur | produnt | exeunt | producuntur.

Vide Minui.

B.

BELLICOSVS.

Er hat sich im krieg klug vnd dapffer erzeiget.

Il s'est monstré en guerre preux & vaillant homme.

IN bellis ostendit se acrem & fortem virum.

Probauit | præstitit se in bellis acrem ac fortem virum.

Ita fortem ac strenuam operam nauauit, vt magnam laudem tulerit.

Rem bellicam fortiter ac strenuè tractauit | gessit | administrauit.

Es seind viel dapfferer Kriegsleut vmbkommen.

Il y a de fort vaillans soldats defaits.

Periêre milites virtute præstantes.

Interijt militum manus egregia | fortitudine excellens | cuius virtuti committi multum posset.

Flos exercitus, & robur vniuersum, sobolesque militum cecidit.

Vide

Vide Fortis exercitus. Imprudens in periculis. Magnanimus.

BELLVM ABSOLVERE.

Thut ewer bestes / damit der krieg nicht fortgehe.

Employe toutes tes forces, à ce que la guerre soit tout entierement aneantie.

IN eam curam incumbe, ne qua belli ſcintilla relinquatur.

Omnibus viribus conare, vt belli extrema deleas|vt belli reliquias perſequare atq; conficias | vt profligatum à te | confectum, abſolutum||ſublatum penitus bellum lætari poſſimus.

Vide Bellum ſuſcipere. Finem imponere.

BELLVM IMMINENS.

Wir förchten vns eins groſſen Kriegs.

Nous sommes en crainte de grande guerre.

VErſamur in timore magni belli.

Belli magni timor impendet.

Graue bellum in metu eſt.

Aduentare | appropinquare | adeſſe iam graue bellum videtur.

Graue bellum timemus|metuimus | formidamus| extimeſcimus|pertimeſcimus|perhorreſcimus.

Res ad arma ſpectat.

BELLVM MINIME BELLVM, ſed pernicioſum.

Der Krieg bringt groß vnd viel ſchaden mit ſich/

La guerre ameine quand & soy beaucoup & grands dommages.

MVlta damna, eaque grauia, bellum creat.

Infert|importat bellum multa mala.

Vehementer bellum regiones vaſtat| vexat | affligit| corrumpit|deiicit| proſternit| opprimit.

Bellum perdit regiones|corrumpit omnia|perdit omnia|quaſi flamma vrit & conſumit omnia.

Multis & grauibus damnis bellum regiones afficit.

Nulla calamitas eſt|nullum exitium | nihil tam durum|tam acerbum, quod in bello regiones non ſentiãt|experiantur|ferant|ſuſtineant|perpetiantur.

Nullius mali expers eſt|nulla vacat calamitate regio illa, in qua bellum geritur.

Perculſa bello atque proſtrata iacent omnia.

Inuehitur bello quidquid mali excogitari poteſt. Ecquod infortunium eſt| ecqua calamitas|acerbitas | diritas eſt , quæ non ex bello naſcatur | oriatur | creetur?

BELLVM RENOVARE.

Lepidus hat den Bürgerlichen Krieg zwiſchen den Bürgern ernewert.

Lepidus à renouuellé la guerre ciuile entre les citoyens.

LEpidus bellum ciuile inter ciues renouauit.

Lepidus bellum ciuile redintegrauit | ſuſcitauit iã extinctum|inflammauit iam reſtinctum | rurſus excitauit | concitauit| denuo commouit | conflauit.

Lepidus ciues nouo bello implicauit| in bellum denuo coniecit | magnis belli fluctibus obiecit.

Ex præſenti tranquillitate Lepidus magnas belli tempeſtates commouit:|excitauit.

BELLVM SVSCIPERE.

Es iſt offt ein vermeſſenheit/ Kriege vorzunehmen: aber iſt nicht allein ein zeichen von glück ſonder auch von dapfferkeit wenn man ihn zu einem glücklichen end bringen kan.

C'eſt ſouuentesfois vne choſe temeraire, d'entreprendre la guerre, mais c'eſt vn ſigne non ſeulement d'heur, ains auſsi de proueſſe, quand on la peut heureuſement finir.

BEllum ſuſcipere ſępe temeritatis eſt|ad exitum verò feliciter perducere, non fortunæ ſolum ſed virtutis etiam eſt argumentum.

Bellum inire | inferre| mouere | ad bellum ingredi| arma capere|ire ad arma, ſæpe temeritatis eſt·perficere autem|abſoluere|reſtinguere| victoria terminare|optato exitu concludere, non fortunæ ſolùm, ſed virtutis etiam eſt argumentum.

Qui

Qui bellum suscipit, is temerè sæpe facit | temerario impellitur consilio | temeritatis impulsu peccat. qui verò belli extrema delet | qui bello finem imponit | facit | statuit | qui belli reliquias aufert | conficit | delet, non fortunæ solùm, sed virtuti quoque acceptum referre debet.

BENEFICII LOCO PONERE.

Ich wil das für ein sonderliche wolthat achten.

Ie reputeray cela pour vn singulier benefice.

HOc ego summi beneficij loco ponam.

Hoc inter maxima beneficia referam | numerabo.

Hoc apud me non exigui beneficij | non vulgaris gratiæ locum obtinebit.

Ita credam tulisse me beneficium singulare | gratiam tantam, quanta potest esse maxima.

BENEFICIORVM MEMORAVT immemor.

Ich wil mein lebtag ewer wolthat nicht vergessen.

Ie n'oublieray de ma vie tes bienfaicts.

TVa in me beneficia nunquam obliuiscar.

Tua erga me merita | magnitudinem tuorum erga me meritorum semper meminero | memoria tenebo | perpetua memoria tuebor | custodiam | conseruabo.

Nulla dies | nulla temporis vetustas | non casus vllus | non fortuna magnitudinem tuorum erga me meritorum imminuet | ex animo delebit | tollet | auferet | obliuione delebit | obruet | obscurabit | extinguet.

Vigebit in me tuorum beneficiorum æterna | perpetua | nunquam interitura memoria.

Nunquam apud me tuum beneficium intermoriturum existima.

Tuam in me singularem benignitatem | tuam in me incredibilem liberalitatem semper in animo | semper in oculis habebo | perire apud me aut euanescere nunquam patiar.

Hærebunt mihi in animo | mente | memoria tua beneficia.

Fixa permanebunt| impressa in animo ac mente patebunt| extabunt tua beneficia.

Vitæ par & æqualis erit recordatio meritorum tuorum.

Qui mihi vitam dedit, ille ipse tuorum officiorum memoriam terminabit.

Finis mihi ac terminus & vitæ, & memoriæ benignitatis in me tuæ idem erit|futurus idem est.

Semper meminero | memoria retinebo | tuebor mente atque animo | nunquam obliuiscar| nunquam apud me delebit obliuio beneficia| officia | merita erga me tua.

Memorem me tibi, quæcunque se occasio dederit | obtulerit, probabo.

Gratum me tibi memoremque præstabo.

Præstabo tibi eam, quam debeo, memoriam meritorum tuorum.

Gratum me nullo non loco | nullo non tempore memorem | numquam non gratiæ referendæ studiosum senties |experieris|cognosces.

Grati animi laudem in me non requires | non desiderabis.

Non committam, vt ingratum me appellare possis| vt in illo officio, quod bene merentibus debetur, iure me ac meritò quisquam reprehendat.

Enitar, vt in vitium ingrati animi non incidam|ne quis mihi turpem ingrati animi notam possit inurere| ne quis mihi ingrati animi vitium | crimen | culpam possit obiicere.

Enitar, vt ab ingrati animi vitio| crimine| culpa| turpi infamia longissime seiungar | discedam| absim| valdè procul absim.

Enitar, vt ea culpa vacem| vacuus sim| caream| vt eius culpæ sim expers, quam committunt, qui nullam referendæ gratiæ curam suscipiunt | qui de referenda gratia minimum laborant.

Enitar, &, vt spero consequar, vt te de me optimè esse meritum læteris | vt officia erga me tua voluptati ac lætitiæ tibi sint | vt ex tuis in me officiis voluptatem capias|

capias| vt officiorum tuorum fructum feras| percipias| colligas| vt gratiæ tuæ gratiam à me feras| vt parem tibi referam gratiam | par pari vt referam| vt officia tua paribus officiis æquem| compensem| remunerem| remunerer.

Quàm amanter me tractaueris | quàm benignè mihi feceris | quàm studiose in omni re commodaueris | quam humaniter ac benefice mecum egeris | quibus officiis amicitiam nostram colueris | prosecutus sis | quibus me rebus auxeris| ornaueris| honestaueris, ipse mihi, atque etiam aliis commemorabo| ita diu recordabor, quamdiu mihi viuere contigerit| semper meminero.

Vide Ingratus. Remunerare.

BENEFICIVM CONFERRE.

Ich hab ihm alles guts erzeigt / das mir möglich gewest/ wiewol ich kein vergeltung dafür gewerdig.

Ie luy ay monstre tous les faueurs, qu'il m'a este possible, iacoit que ie n'en attendisse aucune recompense.

Contuli quæ in illum officia potui: licet remunerationem planè nullam expectarem.

Quantum in me fuit | quantum efficere & consequi potui| pro meo studio, meaque industria, complexus illum sum | affeci | auxi omnibus officiis | contuli in illum quæ beneficia | quæ merita potui: quanquam ab eo minime parem gratiam expectarem.

Nullum officij genus aut studij| nullam omnino rem, quæ vel ad vtilitatem illius vel ad laudem spectaret, omisi| prætermisi| infectam reliqui, licet futurum non sperarem, vt memorem & gratum experirer.

Omnia, quæ quidem præstare mihi licuit, profecta in illum sunt: cum tamen spe nulla niterer | spes me nulla teneret futurum aliquando, parem vt mihi gratiam referret | vt officia mea paribus compensaret officijs | remuneraretur officiis| æquaret officiis| vt nullum grati animi signum ostenderet| vt se memorem gratumque probaret | vt vllum omninò studiorum officiorumque meorum fructum ferrem.

Meam in illum voluntatem & beneuolentiam, quandocunq, res tulit|vbi tempus & occasio postulauit, re probaui|ostendi|significaui|declaraui|patefeci: spe tamen adductus nulla gratiæ referendæ.

Bene meritus de illo sum|quàm potui studiosissimè: quanquam illius erga me voluntati diffiderem|quamq̃ spem in illius voluntate minimã ponerem| quanquã pariter animatum in me fore non confiderem, vt paribus mihi responderet officiis.,

Die wolthat so jhr mir erzeigt/ seind nit fast groß.

Les bien faits, que i'ay receu de toy, ne sont guerre grands.

NOn magna in me beneficia contulisti.
Non valde de me meritus es.
Beneficium vel à te nullum accepi, vel accepi minimum.
Exigua sunt quæ apud me beneficii collocasti |posuisti.
Non magnis à te affectus sum beneficiis.
Grauia non sunt|exigui momenti|parui ponderis ea sunt, quæ mea causà fecisti.
Beneficia tibi debeo non ita magna.
Obligasti me|obstrinxisti me mediocribus officiis.

BIBERE.

Die Römische Weiber truncken vorzeiten keinen Wein.

Les femmes Romaines iadis ne beuuoyent du vin.

PRiscæ mulieres Romanæ non vtebantur vino.
Non fuit vinum potus, vel potio Romanarum mulierum.
Romanæ mulieres vino abstinebant.
Vini vsus apud Romanas mulieres non erat.
Erant abstemiæ mulieres Romanæ.

Vide Ebrius.

C.

CADERE.

Gehend hab ich ein sorglichen fall gethan.

En marchant ie suis cheu auec grand danger.

MAgno cum periculo inter ambulandum cecidi.

Magno cum periculo inter ambulandum lapsus sum|corrui|humi decidi &c.

CÆCVS.

Blind sein.

Estre aueugle.

CÆcum esse|orbum|captum oculis esse.

Luminibus|oculis minime vti posse.

Rerum species minimè posse inspicere|intueri|cernere|lustrare oculis.

Vide Videre.

CALLVM OBDVCERE.

Ich bin deß vnglücks so gewohnet, daß ich darin gar verhart.

Ie suis tellement accoustumé à supporter les aduersitez, que ie suis tout endurcy.

MAlorum vsus mihi sensum ademit.

Occalluit iam animus diuturno malorum vsu.

Callum obduxit animo meo diuturna calamitatũ consuetudo, sic vt minimè sentiat|sic vt sensu prorsus vacet|sic vt sensum amiserit.

Leuiora videntur, quæ diu sustinui mala.

Vide Obstupefacere. Assuescere laboribus.

CALOR INGENS.

Diser verlauffen Monat ist fast heiß gewesen.

Ce mois passé il a fait grand chaud.

Præterito mense magni calores fuerunt.

Calorem immensum|ingentem| habuimus præterito mense.

Mensem habuimus maximè calidum.

Præterito mense caloris magna vis fuit | solis radios vehementissimos sensimus | magna caloris copia visa est|maximè caluit.

CANERE MVSICE.

Es seind wenig die wol singen können.

Il y a peu de gens qui sçachent bien chanter.

PAuci rectè canere norunt.

Pauci recte canunt| rectè canendi artem callent| canendo vocem ritè nunc intendere,nunc remittere sciunt|canendi modos probè callent.

Paucis contigit eum in canendo tenere modum,vt in eorum modulatione nihil prorsus agnoscas absonũ & inconcinnum| inconditum.

Pauci moderari|efferre vocem sciunt,dum canunt, atque componere ea ratione |vt aures nihil offendat| vt aures nihil respuant|reijciant|improbent.

CARCERIBVS FRENARE aliquem.

Jemand gefangen setzen.

Emprisoner quelqu'vn.

ALiquem in vincula conijcere.

Aliquem in vincula ducere| perducere.

Aliquem in carcerem detrudere| compellere|ducere| duci iubere| pellere|conducere|trahere| mittere| rapere|præcipitem dare|conijcere | includere.

Carceribus aliquem frenare|coercere.

In carcere aliquem asseruari iubere|detineri iubere.

Tradere aliquem in custodiam | mandare aliquem custodiendum.

CARITAS ANNONÆ.

Die essenspeiß ist so thewr/daß alle Welt groß ellend leiden muß.

Les viures sont si chers,que tout le monde est contraint d'endurer grande misere.

ITa cara eſt annona, vt incommodis multis affici omnes cogantur.

Ita grauis eſt penuria | ea caritas ac rerum omnium difficultas eſt | eæ ſunt anguſtiæ | ita carè veneunt | tanti pretii ſunt | tanti ſunt res omnes vt incommodis multis premi | laborare | vexari omnes cogantur.

Ex immoderata penuria | ex nimia caritate annonæ | ex annonæ difficultate exiſtunt | oriuntur | gignuntur, quæ ferri vix poſſint, incommoda multa.

Vide Pauper, Pretioſa bibliotheca.

CAVERE.

Hütet euch daß ihr nicht trettet vber die grentze der meſſigkeit.

Garde toy d'outre paſſer les bournes de continence.

CAue ne continentiæ terminos tranſgrediare. Vide | ſtudium adhibe | conſilio vtere | diligenter animaduerte | aduerte | nè longius progrediare, quàm continentiæ ratio præſcribit. Attende quàm diligenter potes, nè, quos tibi continentia terminos præſcribit, eos tranſeas | tranſilias | traiicias | eos tranſgrediare | prætergrediare | excedas | ab ijs excedas.

Vide Vitare.

Warumb ſolte ich leiden / das man in / der geringer dann ich / vber mich ſetze.

Pourquoy endureray ie, que l'on prefere à moy celuy qui m'eſt inferieur ?

QVamobrem, qui eſt infra me, mihi patiar anteponi? Quamobrem, qui nihil ad me eſt, mihi patiar præponi?

Cur ei debeo cedere | loco cedere | locum cedere | locum dare, qui comparandus | æquandus | conferendus | par omnino mihi non eſt?

Quid eſt cauſæ, cur primas ei partes concedam | primas ad eum partes deferri ſinam | primo eum loco ſtatuam | eum ante me collocari patiar | anteire me patiar eum, quem nulla res mecum æquat | cuius meritis mea merita antecellunt.

Quid est causæ, cur honore superior habeatur, qui in virtute inferior est?

Vide Antepónere.

CEDERE TEMPORI.

Es gezihmet einem weisen Mann daß er sich richte nach der zeit.

Il appartient à vn homme sage de s' accommoder au temps.

SApientem decet tempori cedere.

Sapientis est| sapientia est| sapientiæ est|conuenit sapienti|proprium sapientis est|ad sapientem pertinet| consilii est, rationis est, consulere temporibus| seruire temporibus|necessitati parere| rationem temporis habere| conformare se ad temporis rationem| consilia & actiones tempore moderari| actiones suas pro temporum statu & suscipere & deponere| ita se gerere, vt præcipere tempus videtur|vt temporis ratio fert ac postulat| res ad tempus accommodare| vti tempore| quæ tempus postulat, ea seruare atque exequi| quasi consiliarium sequi in agendis rebus| quasi consiliarium habere tempus.

Consiliario vti tempore sapientem decet.

Qui tempus consulit | qui rationem temporis habet| qui nullam rem agit, quam tempus improbare videatur, is vere sapiens est|hunc vere sapientem dicas| sapientem qui hunc appellet, non errabit.

Wenn man auff dem Meer fehret/muß man wol acht auffs wetter haben.

En allant sur mer faut-il prendre esgard au temps.

IN nauigando tempestati obsequi debemus.

In nauigando seruiendum est ad rationem temporis | ad tempestatem consilia accommodare | quasi ducem sequi tempestatem| spectare quid tempus postulet.

In nauigando pendere oportet à tempestate | spectanda tempestas est | habenda tempestatis ratio est. Cursus nauigationis ad rationem tempestatum moderandus|dirigendus| tenendus.

CER-

CERTE.

Fůhrwar der sich vom zorn lest verführen/thut offt viel ding die jhm bald leid sein.

Certainement, celuy qui se laisse transporter par courroux, fait souuentes fois plusieurs choses, desquelles tout incontinent il s'en repent.

SAnè, qui se iracundia patitur efferri, is eo progreditur quò paulo post peruenisse pœniteat.

Certe| certò| reuerà| profectò| sine dubio| proculdubio| absque dubio| quidem| sane quidem| omninò| planè qui se iracundia patitur auferri| abripi| auocari à ratione| à consilio abduci, is ea committit, quę mox infecta velit esse| is in eum locum abducitur, vnde exitus non facilè datur.

Gewiß ist es daß der zorn ein vrsach ist vieles böses.

C'est vne chose certaine, que le courroux est cause de beaucoup de maux.

CErtum est, quod multa mala pariat iracundia. Pro certo est| exploratum est| omnibus apertum est| constat| perspicuum est| oculis ac sensu ipso percipitur, quod ex iracundia mala multa gignantur| erumpant| fluant| manent.

Minime dubium est| nemini obscurum est| vocari in dubium| venire in dubium non potest| ambigi| dubitari non potest| nemini dubium esse potest, quin multorum malorum culpam sustineat iracundia| quin multorū malorum causa sit in iracundiam conferenda.

CERTIOREM FACERE.

Ich laß euch für gewiß wissen/ daß die sach also gehet/ wie ich euch gesagt hab.

Ie t'aduertis pour certain, que l'affaire va tout ainsi, que ie t'ay dit.

EGo te certiorem facio, rem ita habere, vt dixi.

Te certiorem reddo| enucleatè| exploratè| planè hoc ad te scribo| tibi significo| declaro| ostendo| non dubium

dubium affero | profero | defero | nuntio | denuntio | renuntio | expono | explico | indico | explano | exprimo | narro | aperio | patefacio | tibi hoc confirmo | volo tibi hoc esse exploratum | certum | cognitum | perspicuum | perspectum | volo te habere exploratum &c | volo esse tibi pro explorato | volo te certum esse | pro certo habere | volo tibi esse apertè testatum | te de hoc minimè dubitare | ambigere volo | impero | iubeo | de hoc te minimè esse dubium velim | hoc te minimè in dubium reuocare velim | hoc te sine vllo dubio | sine vlla dubitatione tenere velim | in hoc tibi nullam dubitationem | nullum dubitationis | nullum dubitandi locum relinqui velim | omni te scrupulo | æstu | dubitatione libero | exoluo | eximo | tibi hoc notissimum esse | minimè obscurum esse | non esse ambiguum volo.

Lasset mich wissen wie ewere sachen stehen.

Fay moy sçauoir quel est l'estat de tes affaires.

FAc me certiorem de toto statu tuo.

Fac me certiorem de omnibus consiliis tuis.

Significa mihi, expone | aperi | explica | perspicuè demonstra mihi, qui sit rerum tuarum omnium status | qui tuus animus | qui sensus sit | quæ tua consilia sint.

Fac, vt de tuis rebus tuisque consiliis cognoscam | intelligam | certior fiam | ex tuis litteris erudiar | instruar.

Imaginem rerum omnium cogitationumque tuarum literis ostende.

CERTO SCIRE.

Ich hette nie vermutet/daß euch dieses ampt solte geweigert seyn.

Ie n'ay iamais suspeçonné, que ce magistrat te seroit refusé.

NVnqam suspicatus sum fore, vt excludereris hoc magistratu.

Nunquam dubitaui | dubium | ambiguum mihi nunquam fuit | nunquam venit mihi in mentem dubitare | ambigere | suspicari | nunquam mihi fuit obscurum | parum apertum, vt hic tibi magistratus non deferretur | vt repulsam ferres | vt reiicereris.

Pro certo semper existimaui | certò sum arbitratus | certa spes animum meum tenuit | exploratum mihi fuit, prorsus mihi persuasi futurum, vt ad hunc honoris gradum peruenires | aditus tibi ac via pateret | ne tibi vnquam eunti ad hunc honorem via præcluderetur.

Petitionis tuæ ratio nunquam explorata mihi non fuit.

Petitionis tuæ ratio incerta | dubia | ambigua | obscura nunquam fuit.

Repulsam te laturum | accepturum mihi nunquam persuasi.

Glaubt mir gewiß daß die sach in solchem stand ist.
Croy asseurement, que l'affaire est en tel estat.

PLanè credas, rem ita se habere.

Induc animum | induc in animum | ita esse pro certo habe | persuade tibi | pro certo existima | ita crede, vt minime dubites | exploratum atque omnino certum | pro comperto habeas | sit hoc apud te minime dubium | sit exploratum rem in hoc statu esse | rem eiusmodi esse | hunc esse rei statum | hoc loco rem esse.

Ich weiß gar wol wie ewere sachen geschaffen seind.
Ie cognoy fort bien l'estat de vos affaires.

QVi sit rerum tuarum status optimè scio.

Qui sit rerum tuarum status præclare noui | egregiè intelligo.

Noui | cognitum habeo | probè teneo statum rerum tuarum.

Non me fugit | latet | præterit status rerum tuarum.

De tuis rebus plane mihi constat | mihi exploratum est | compertum habeo | mihi dubium | obscurum non est.

Glaubet vestiglich/dz euch niemand mehr liebet dann er.
Croye fermement, qu'il n'y a personne qui t'aime plus, que luy.

SIc habeto, neminem illo esse ad te amandum propensiorem.

Velim sic habeas | pro certo habeas | planè credas | tibi

tibi persuadeas | prorsus animum inducas | cum animo tuo constituas | pro explorato | pro comperto | oraculi loco habeas | minimè dubites | minime dubitanter credas | persuasum atque fixum in animo tuo sit | ita credas prorsus, vt dubitatio tibi nulla relinquatur | superſit | reliqua ſit | credas mihi itidem, vt oraculo crederes | hoc mihi ita credas, vt editum ex oraculo putes, illum nemini concedere, qui te magis ex animo diligat | te illi neminem esse cariorem | singularem illius esse in te beneuolentiam | summam in illo esse ad te ad mandum beneuolentiam.

Vid. Certiorem facere. Putare.

CIVEM BONVM SE PRÆBERE.

Macht es also / das jhr ein guter Burger befunden werdet.

Fay que tu te monstres bon citoyen.

Da operam, vt bonum ciuem te præbeas.

Enitere, vt bonum ciuem agas | vt bonum ciuem te præstes | vt boni ciuis partes tueare | sustineas | agas | exequare | vt boni ciuis officio satisfacias | vt ea præstes, quæ bonum ciuem decent | vt ea præstes, quæ expectantur ab eo, qui boni ciuis nomen aucupatur.

Noli committere, vt boni ciuis in officio reprehendaris.

Caue, ne boni ciuis officium prætermittas | ne quid à te committatur bono ciue minus dignum | ne quid à te fiat indecorum bono ciui | ne ciuis eius, qui ciuitate dignus haberi velit, partes in te requirantur | officium in te desideretur.

Obeunda tibi sunt | præstanda tibi sunt non indiligenter aut languide munera boni ciuis.

CIVIS. CIVITATE DONARI.

Vorzeiten ward man der tugend/ vnnd nicht der reichtumb halben Bürger zu Rom gemacht.

On estoit receu cree citoyen de Rome à cause de la vertu, non pas des richesses.

Ciuitate Romana donabatur, qui virtute, non qui diuitiis emineret.

Non diuitiæ, sed virtus aditum patefaciebat ad ciuitatem Romanam.

Non opes, sed virtus ciuitatem Romanam dabat.

Patebat Romana ciuitas virtuti potius, quam diuitijs.

Dignus Romana ciuitate putabatur | ius Romanæ ciuitatis consequebatur | recipiebatur in ciuitatem | ad ciuium numerum adscribebatur | ciuis locum obtinebat | referebatur inter ciues | adscribebatur in ciuitatem | particeps ciuitatis ciuiliumque munerum fiebat | impertiebatur ciuitate | perueniebat in ciuitatem | ei ciuitas communicabatur, non qui opibus abundaret | afflueret | valeret, sed qui virtute polleret | excelleret | præstaret.

Non instructis ac bene paratis à re domestica, sed virtute præditis hominibus facilis erat | expeditus | minime dubius ad Romanam ciuitatem cursus | via patebat | via nullo negotio aperiebatur ad iura muneraque omnia ciuitatis Romanæ | præmium Romana ciuitas erat.

CLAMARE.

Es darff keines leut rueffens.

Il n'est pas besoing de crier si haut.

NOn opus est tam clamare.

Non opus est tantum clamorem edere | tantam vocem efferre | attollere | intendere | iactare | tam magna voce inclamare | tam vociferari | conclamare.

COERCERE.

Man muß die vnmässige leut zwingen.

Il faut refrener les intemperans.

COercendi sunt intemperantes.

Reprimendi | comprimendi | frenandi | cohibendi sunt intemperantes.

Modestos reddere oportet intemperantes.

Opera danda est, vt immodestorum impetus reprimatur | cupiditati obuiam eatur.

Vide

Vide Impedire. Reprimere.

COGITARE PERPETVO.

Ich gedenck allzeit auff euch.
Ie pense continuellement à toy.

NVnquam de te non cogito.

Nunquam mihi ex animo effluis| excidis| discedis.

Meæ curæ omnes in te sunt.

Te semper spectat animus meus.

Meæ cogitationes ad te referuntur omnes.

Ich denck allzeit auff eweren vortheil.
Ie pense continuellement à ton proufit.

TOto animo de tuis commodis ornamentisque cogito.

Valdè laboro de tuis commodis & ornamentis.

Tuus mihi honor|tuæ res|tuæ fortunæ etiam atque etiam|vehementer mihi curæ sunt.

De vtilitate ac laude tua æquè ac de meipso | sic, vt nemo magis, cogito.

De vtilitate tua tam cogito, quàm qui maximè.

Tuam vtilitatem assidue specto.

Hæret animo meo de tuis commodis assidua cogitatio.

Si quid è re tua est, id maximè laboro.

Tuæ rationes quid postulent, nunquam non attendo.

Tuam vtilitatem meæ spectant cogitationes omnes.

Meas curas ad tuum commodum omnes contuli.

Animus meus in tua vtilitate fixus & locatus est.

Ich gedenck allzeit ewer vnd ewerer sachen.
Ie pense continuellement à toy, & à tes affaires.

NVllum à me tempus prætermittitur de te tuisque rebus cogitandi.

In te tuisque rebus animus perpetuò est.

Excubo animo tua tuarumque rerum causa.

Meæ

Meæ cogitationes in te tuisq; rebus consumuntur omnes.

Omnis mihi de te tuisq; commodis cogitatio est.

Ich dencke auff nichts anders dann wie ich dich moege zur tugend bringen.

Ie ne pense à autre chose, si non à t'emmener à la vertu.

OMnem meam cogitationem in ostendenda tibi virtute fixi & locaui.

In tradenda tibi virtute sum totus.

Hoc vnum mea spectat industria, thesauros tibi virtutis vt aperiam ac tradam.

Versor in hoc studio totus, vt aditum tibi ad virtutē patefaciam | vt ornem te virtute | vt ad virtutem duce me peruenias.

Hac in re atq; cura mens mea tota versatur, quæ sit dignitas, qui splendor, quæ pulcritudo virtutis me magistro vt intelligas.

COMITARI.

Ich will bey dir in allen fällen bleiben.

Ie t'accompaigneray en toute fortune.

IN omni te fortuna comitabor.

In omni fortuna tibi comes ero|me tibi comitem adiungam|præbebo|hærebo tibi|hærebo lateri tuo|tibi affixus ero|a te|a latere tuo non discedam|non diuellar.

Semper|nunquam non|in omni tempore ac loco|assiduè|assiduus tecum ero.

Nunquam abs te seiungar.

Non digrediar abs te|non recedam abs te, vsque dum volueris|quoad volueris|dum tua voluntas feret|nisi te volente|lubente|concedente permittente.

Nulla me res, nisi tua voluntas, abs te auellet|amouebit|seiunget|disiunget|abiunget.

Vide Societatem inire.

COMMENDARE ALIQVEM ALICVI DILIGENTISSIMÈ.

Ich recommendire jhn so sehr bey euch/als es mir möglich ist.

Ie te recommande le plus qu'il m'est possible.

SIc tibi eum commendo, vt maiore cura [studio] solicitudine animi commendare non possim.

Commendo tibi eum non vulgariter, sed ita prorsus, vt quos diligentissime valdeque ex animo soleo.

Eum tibi commendo ea commendatione, quæ potest esse maxima.

Sic tibi eum commendo, vt neque maiore studio quenquam, neque iustioribus de causis commendare possim.

Maximoperè vt meum amicum, & vt tua dignum amicitia, tibi commendo.

Vehementer te rogo, vt cures, vt ex hac commendatione mihi quàm maximas, quàm primum, quàm sæpissimè gratias agat.

Si me tanti facis, quanti & ipse æstimat, & ego sentio; cures quàm primùm intelligam hanc meam commendationem tantum illi vtilitatis attulisse, quantum & ipse sperauerit, nec ego dubitarim.

Gratissimum mihi feceris, si huic commendationi meæ tantum tribueris, quantũ cui tribuisti plurimùm; id est, si eum quàm maxime, quibuscunque rebus honeste ac pro tua dignitate poteris, iuueris, atque ornaueris.

Cures, vt is intelligat, hanc meam commendationem maximo sibi apud te adiumento fuisse.

Hanc commendationem, quam his literis consignare volui scito esse omnium grauissimam.

Eum si tibi commendabo verbis iis, quibus, cum diligentissimè quid agimus, vti solemus, vix tamen studio meo satisfecisse mihi videar.

Quanti apud te sum, tantum valere apud te commendationem meam, effice vt intelligam.

Genere commendationis mirifico, eoque planè, quod sit ex intima arte intimoque ex animo depromptum, vsum me putato.

Si vlla mea apud te commendatio valuit, (multas autem valuisse plurimum scio) hæc vt valeat rogo.

Velim tibi persuadeas, nihil me maiore studio à te pete-

petere, nihil te mihi gratius facere posse, quàm si omnibus tuis opibus, omni studio eum iuueris.

Velim eum omnibus tuis officijs atque omni liberalitate tueare.

Velim eum quàm liberalissimè complectare.

Velim eum quam honorificentissimè pro tua natura, & quàm liberalissimè tractes.

Peto a te maiorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel mea causa, vt eum auctoritate tua, quæ plurimum valet, conseruatum velis.

Ita à te peto, vt maiori studio, magis ex animo petere non possim, vt omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate & potestate tua proficisci poterit, non modo re, sed etiam verbis, vultu denique exprimas.

Peto à te maiorem in modum, vt ei omnibus in rebus quantum tua dignitas fidesque patietur, commodes.

Maiorem in modum à te peto, vt cùm omnes meos æque ac tuos obseruare pro nostra necessitudine debeas, hunc in primis ita in fidem tuam recipias, vt ipse intelligat, nullam rem sibi maiori vsui aut ornamento, quàm meam commendationem esse potuisse.

Vehementer mihi gratum erit, si eum humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis.

Eum, si me diligis, eo numero cura vt habeas, quo meipsum.

COMMENDARE ALTERI NEgotium alicuius.

Ich commendire euch alle seine sachen.

Ie te recommande tout son affaire.

Omnem tibi rem atque causam eius commendo atque trado.

Eius negotium tibi commendo ac trado, vt grauissimè diligentissimeque possum, sic velim suscipias, vt si esset res mea.

COMMITTERE ALIQVID alteri.

Erfülle fleiß ig alles was ich dir befohlen habe.
Execute en toute diligence tout ce que ie t'ay commis.

QVidquid tibi commisi, diligenter exequare.

Quod tibi munus imposui | quod tibi negotium dedi | quod tibi mandaui | quod tibi mandatum dedi | quam tibi mandaui prouinciam | mandatam tibi à me rem diligenter absoluas | diligenter perficias.

Fac vt mea mandata dirigas, persequare | conficias | exhaurias.

Vide Iubere. Vti opera alicuius.

COMMVNICARE REM SVAM cum altero.

Ich wil euch theilhafftig machen meines guts.
Ie te feray part de mes biens.

COmmunicabo tecum rem meam.

Impertiam tibi rem meam.

Rei meæ particeps eris. Partem capies de re mea.

Communis erit inter nos res mea.

Non mihi magis, quàm tibi | non minus tibi, quàm mihi | tibi pariter ac mihi | æque vtriq; nostrum mea res patebit.

Vtemur communi iure | æquo iure | pari potestate mea re.

Iuris tibi tantum, quantum ipsi mihi, erit in mea re.

Mecum meam rem communem habebis.

Vide Participare. Communis mons.

COMMVNIS MISERIA.

Alles vnglück ist jedaman nahe.
Toute sorte de mal'heur est proche d'vn chascun.

OMnibus omnia impendent mala.

Miserrime cum omnibus atque infeliciter agetur.

Expers malorum nemo erit.

Vexa-

Vexabit omnes eadem calamitas.

Aduersa omnes omnia sustinebunt.

Suum quisq; miserrimum pondus sustinebit.

Pari omnes calamitate prementur.

Nulla est acerbitas, quæ non omnibus impendeat| immineat| quæ non omnes maneat.

Manet omnes|impendet omnibus|vrget omnes|aduentat| appropinquat | iam adest omnibus eadem calamitas.

Nemini rectè erit.

Nemo erit cui pessimè non sit | qui pessimè se non habeat | qui non aduersa fortuna vtatur | qui non aduersis fortunæ fluctibus iactetur.

Communis erit omnium fortuna.

Eadem|par|simillima erit omnium fortuna.

Miseriis nemo vacabit.

Malorum incendio flagrabit vnusquisque.

Communis erit omnium, non propria cuiusquã malorum tempestas|vis malorum|iniquitas fortunæ.

Es ist solche zeit vorhanden / daß ich den für glücklich achte/ so vorhin wol gestorben ist.

T[illegible] que te tiens celuy pour heureux, qui par auant sera parti de ce monde.

EA temporum impendet conditio, vt optimè actum cum eo putem, si quis ante è vita discesserit.

COMMVNIS MONS.

Dieser Berg ist vns gemein.

Ceste montaigne est commune à nous deux.

HIc tibi mecum communis est mons.

Hic inter nos communis est mons.

Particeps vterque nostrum huiusce montis est.

Mons hic pertinet ad vtrumque nostrum.

Hic mons iuris vtriusque nostrum est.

Ius habemus vterque in hoc monte.

Æqua vtrique nostrum huius montis possessio est.

Vide Communicare rem suam cum altero.

COMPENSARE DAMNA.

Die tugent wird euch den schaden vergelten/welchen euch die fortun zugefügt.

La vertute recompensera le dommage que tu as receu de la fortune,

QVod à fortuna damnum accepisti, compensabit virtus.

Resarciet virtus quod à fortuna damnum retulisti.

Quibus te calamitatibus implicauit fortuna, ijs te virtus expediet.

Medebitur ijs malis virtus, quibus te afflixit fortuna|quò te fortuna coniecit.

Vt acerbam fortunam sensisti, ita dulcem ac suauem virtutem experieris.

Quantum detrimenti|incommodi|calamitatis|malorum à fortuna tulisti, tantos à virtute atque adeò maiores fructus capies|percipies|feres|colliges.

Vide Remunerare.

CONARI OMNI STVDIO.

Ich will mein eusserste bestes thun.

Ie m' employtray de tout mon pouuoir.

SVmmè conabor. Contendam omni studio.

Enitar omnibus tum animi, tum corporis viribus.

Toto pectore incumbam. Omni vi contendam.

Agam pro mea virili parte|pro mea parte|pro viribus cunctis|totis viribus|omnibus neruis|omni meo studio|quantum est in me|quantum in me positum est|quantum in me situm est|quoad possum|quantum valeo|quantum quidem præstare ipse possum|quantum consequi viribus licet.

Conferam ad hanc rem omnes vires|omnia studia|quidquid erit in me industriæ|operæ|curæ|diligentiæ.

Minime parcam viribus. Elaborabo pro viribus.

Nullum studium|nullam operam aut industriam prætermittam.

Dabo operam quantum in me erit.

Dabo

Dabo operam pro eo, quod in me erit.
Ita contendam, vt nihil magis.

Cæsar hat gethan was er gekóndt.
Cæsar ya faict tous ses efforts.

QVo maximè potuit studio, Cæsar incubuit.
Quo maximè potuit studio, Cæsar enixus est| laborauit.
Cæsaris postea mira contentio est consecuta.

Vide Aduersari. Honorem lædere. Remunerare. Detrahere. Cogitare perpetuò.

CONARI PRÆCLARVM QVID.

Die sich vnderstehen ein dapffere that zu thun / seind lobens wehrt obs schon keinen glücklichen fortgang hat.
Ceux là meritent louange, qui entreprennent quelque haut faict, encores qu'il ne leur succede heureusement.

QVi facinus egregium aggrediuntur, ijs, etiamsi non succedat, laus tamen aliqua debetur.

Qui ad res præclaras animum adijciunt| animum adiungunt| sese applicant| sua studia conferunt| qui præclaris in rebus industriam suam exercent| operam ponunt, ij, vel si spem fortuna frustretur| fallat| [illegible], vel si spei exitus non respondeat, vt id quod velint, minus assequantur| [illegible] quo spectant, minime perueniant, omni tamen eos ornari laude æquum.

Qui ad summam [illegible] gloriam suæ vitæ cursum dirigunt| qui summa petunt| qui ad summa contendunt, etiam si spe frustrentur [illegible] si quo intenderint, non perueniant| etiam si [illegible] non attingant, est tamen cur laudentur| non [illegible] gloria laude summouendi| decus tamen [illegible]| mercedem voluntatis egregiæ ferre debent| [illegible] erecti tamen animi præmium ferre debent.

Magna suscip[illegible]| ad res egregias| nobiles| præclaras| eximias [illegible] aggredientibus, [illegible] labor suscipiatur| vel si manus [illegible]| vel si non plane feli-

feliciter|non prospere| non optimè| non omnino ex animi sententia res cadat, habendus tamen honos est.

Preclara conantes, in secundis, tertijsque, si consequi prima non licet, consistere tamen laus est.

CONARI PRO VIRIVM imbecillitate.

Er hat alle seine macht/wiewol sie gering/wider mich gebraucht.

Il a employe toutes ses forces, non obstant qu' elles estoyent petites, contre moy.

FRactam illam & debilitatam vim suam in me contulit.

Pro suarum virium infirmitate|imbecillitate|tenuitate nihil non egit, mihi vt incommodaret|obesset|damnum inferret|afferret|crearet.

Cunctis viribus, quæ illi supererant exiguæ|infirmæ|imbecillæ, ad meam perniciem incubuit|vsus est.

Vires illas, quæ illi reliquæ erant imbecillæ|infirmæ|parum firmæ|haud satis firma, collegit & contulit omnes ad me opprimendum|euertendum|affligendum|perdendum| contulit ad exitium meum|perniciem meam|summam calamitatem meam.

CONCLVDERE EPISTOLAM.

Ich will meinen brieff endigen/bitten ihr wollet mir günstig sein.

Ie mettray fin à ma lettre, apres que ie t' auray prié de m' aimer.

FInem scribendi faciam, si te primum rogauero, vt me diligas.

Epistolæ clausula hæc erit, vt beneuolentiam in me tuam abs te petam.

Epistolam ita concludam|ita finem epistolæ faciam|imponam, vt te rogem, vt me diligas, teque hortor ad illud studium, vnde laus emanat maxima.

CON-

CONCLVDERE ORATIONEM.

Ich weiß nit wie ich meine reden endigen solle.
Ie ne sçay comment ie pourray mettre fin à mon pro pos

NOn video, qui possim institutæ orationi finem Imponere.

Non video, quo possim fine institutam orationem claudere|absoluere|perficere.

Quemadmodum exitum expediam institutæ orationis non reperio.

CONDITIO SINGVLARIS.

Ich bin sonderlich glücklich.
Ma felicité est singuliere.

EA est mea fortune, vt conferri nemo mecum possit.

Ea est mea conditio, vt exemplum simile planè nullum extet.

Præcipua|propria|minimè communis mea fortuna est.

Singulari sum fato.

Longe alia conditione ego sum, ac cæteri.

Vide Antecellere.

CONIICERE CONIECTVRA.

Nachdem dass man vermuthen kan.
Selon qu' on peut coniecturer.

QVantum videri|intelligi|colligi|deprehendi|perspici coniecturâ potest.

Quantum assequi|consequi coniectura|coniectando possumus.

Quantum opinione|coniecturâ augurari possumus.

Man muß nichts reden von dingen, so ausser allem vermuten seyn.
Il ne faut parler de choses qui sont hors de toute coniecture.

HAbendus iis de rebus sermo non est, quæ positæ non sunt in coniectura.

Abstinendum est earum rerum sermone|omittẽdus est|dimittendus|prætermittendus|abducendus iis de

de rebus sermo|habendus iis de rebus sermo non est, quæ extra coniecturam sunt|quæ à coniectura procul absunt|quæ minime à coniectura pendent|quas coniectura ante capere|percipere|prospicere|prouidere|assequi|coniicere|coniectare|augurari|diuinare non licet|quæ sunt eiusmodi, vt eas vaticinari nemo possit,|quæ sunt eiusmodi, vt ad eas coniectura accedere|vt de iis certo coniicere|certā coniecturam facere|certus vates esse|coniector esse nemo possit|de quibus difficilis admodum coniectura est|de quibus incerta & obscura diuinatio|obscurum auguriū est|in quibus quid futurum sit|euēturum sit, suspicari non licet|in quibus quid afferre|parere dies|casus|fortuna|sors possit suspicari non licet.

Vide Lætari. Prouidere. Ignorare rerum euentus

CONIICERE EX FACIE.

So viel eis ich an seinem Angesicht hab spüren können/træget er mir ein Feindliches hertz.

Selon que i'ay peu coniecturer de ses yeux, il est mal affectionné enuers moy.

VT ex facie potui colligere, animo est mihi inimicissimo.

Quod ex vultu|ex oculis|ex fronte potui coniicere|intelligere|suspicari|vt potui de vultu, qui est index & imago animi coniecturam facere|vt mihi vultus significat|ostendit|vt signa quædam, quæ animum vultu coarguunt|patefaciunt|exprimunt|mihi demonstrāt|ex ea significatione, quam mihi vultus dedit, male animatus in me est|pessime de me sentit|inimice cogitat aduersus me|animo est mihi admodum infenso.

CONIVNGERE. CONIVNGI.

Vngleiche ding kan man nicht leichtlich beneinfügen.

Les choses dissemblables ne se peuuent facilement conioindre.

Quæ

QVæ dissimilia sunt, non facile coniunguntur. Quæ dissimilia sunt|non simul constant|non inter ea cōuenit|non associantur|conglutinantur|committuntur|copulantur|non satis firmo vinculo constringi possunt|non facile in vna sede morantur|non cohærent.

Dissimilium infirma societas est.

CONSCIENTIA. CONSCIVS SIBI.

Mein gewissen ist mein zeuge/was ich zu euch für gunst trage.
Ma conscience seule me tesmoigne assez, quelle a esté mon affection enuers toy.

QVo fuerim semper in te animo, testem habeo conscientiam meam.

Qui meus fuerit erga te animus|quo sensu in te fuerim|quomodo in te fuerim animatus, testis ipse mihi sum|teste vti me ipso possum|teste licet vti conscientiâ meâ|conscius ipse mihi sum.

CONSENSVS. CONSENTIRE. consentaneum.

Ich halte ewren raht für gut. Ich bin mit euch eins.
I'approuue ton conseil. Ie suis de ton aduis.

COnsilium mihi tuum probatur.
Idem sentio quod tu.
Meus cum tuo sensus congruit.
Assentior tibi. In eadem sumus hæresi.
Idem sequor quod tu.
Tuam sequor sententiam.
Recte sentire mihi videris.
Nihil a tua mea distat|dissentit|discrepat opinio.
Accedo ad tuam sententiam.
Tecum sum eiusdem sententiæ.
Probo tuum consilium.
Meum iudicium cum tuo coniungo.
Meam sententiam ad tuam aggrego.
Hoc sentio, quod tu sentis.

Ich werde das für gut halten/ so fern ewer Vatter rhatet das jhrs thut.

Ie trouueray cela fort bon, pourueu que ton pere conseille de le faire.

ITa faciendum iudicabo, si modò, id vt facias, suadet pater tuus.

Ita faciendum iudicabo, si modò, id vt facias, censet | auctor est | consulit pater tuus.

Assentiar tibi, assentiente patre tuo.

Assentiar tibi, si facis approbante patre | si tuo cum iudicio patris tui iudicium congruit | si de patris sententia facis | si pater non dissentit | si ad tuam sententiam pater accedit.

Diß stimmet mit deinem brieff nit wol vber ein.

Cecy ne s'accorde pas auec tes lettres.

NOn conuenit hoc cum litteris tuis.

Non congruit | non consentit | non quadrat hoc cum literis tuis.

Non est hoc tuis litteris consentaneum.

Discrepat hoc à tuis literis.

Abhorret à tuis literis.

Alienum est à tuarum literarum sententia.

Ich wils also machen das jhrs werdet gut befinden.

Ie feray que tu approuueras mon opinion.

Probabo tibi meam sententiam.

[illegible] ...m, vt opinio tibi mea cum ratione congruere videatur.

Ostendam esse, cur probes meam sententiam | acquiescas meæ sententiæ.

Wir seindt beyde eines sinnes.

Nous sommes du mesme aduis.

IDem sentimus.

Coniunctum est meum consilium cum tuo.

Consentiunt | concinunt sententiæ nostræ.

Nihil a tuâ mea dissentit | distat | discrepat opinio.

A tuo iudicio mea sententia non abhorret.

Idem vtriq; nostrũ videtur | placet | arridet | probatur.

Idem

Idem sequimur Idem est vtriusque sensus.
Congruit cum opinione tua sententia mea.
Dissensio inter nos nulla est.
Dissentionis, aut controuersiæ inter nos nihil est.
Controuersia mihi nulla tecum intercedit.
Conuenit inter nos.

Vide Approbare libenter.

CONSENSVS COMMVNIS.

Die sache ist geschehen mit iedermans gutbedüncken.
La chose c'est faicte du consentement d'vn chascun.

COmmuni consensu acta res est.
Consensione omnium|omnium iudicio|omnium approbatione|omnium sententia|cõsentientibus|approbantibus cunctis hominibus|nemine prorsus dissentiente|nulla cuiusquam discrepante sententia gesta res est|administrata res est.
In ea re gerenda omnes consenserunt.
Consensus omnium par & idem fuit.
Omnes omnium sententiæ conuenerunt.
Nemo dissensit.
Sententiarum varietas nulla fuit.
D[illegible] voluntatum aut opinionum nulla prorsus extitit.
Sensu diuerso nemo fuit.
Omnes omnium voluntates|opiniones|sententiæ|iudicia congruerunt.

Vide Opinio communis.

CONSERVARE PATRIMONIUM.

Es ist mir genug/das ich die Erbschafft so mein Vatter mir gelassen/bewahren kan.
Il me suffit de conseruer l'heritage, que mon pere m'a laissé.

REm mihi à parente traditam custodire satis est.
Rem mihi a parente traditam seruare|tueri|conseruare|incolumem tueri|non imminuere satis est.

Nullam patrimonii partem imminuere|adimere ſatis habeo.

Nihil de patrimonio detrahere| patrimonium in eodem ſtatu retinere ſatis habeo.

Contentus patrimonio ſum.

De augendo patrimonio nihil laboro | nihil cogito| curo| ſolicitus ſum|anxius ſum | curam nullam ſuſcipio | nulla me tenet cura | nulla ſolicitat| exercet cura.

Vide Contentus. Incolumis.

CONSIDERARE ATTENTIVS.

Wie ich ernſtlicher anmercke die vnſtettigkeit deß glücks. Wie ich die reichthumb mehr verachte.

Tant plus ſerieuſement ie conſidere l'inconſtance de la fortune, tant plus ie meſpriſe les richeſſes.

QVO diligentius mecum perpendo varietatem fortunæ, eo longius a cupiditate diuitiarum animum abduco.

Quo attentius |ſtudioſius | accuratius cogito | attendo |animaduerto|meditor| mente animoq. conſidero|in animo voluo |examino| pondero inſtabilitatē| leuitatem|inconſtantiam fortunæ|euenta varia|varios rerum euentus, qui a fortuna pendent , eo longius à cupiditate diuitiarum animum remoueo.

Eo longius à cupiditate diuitiarum animum aufero, quo magis ad fortunæ varietatem ſpecto | animum intendo|intueor|meas cogitationes conuerto.

Andächtiglich anmercken.

Attentiuement conſiderer.

ANimum intendere. Meditari accuratius.
Diligentius animaduertere.
Conſiderare cum animo ſuo Verſare in animo.
Diligenter in animo tractare.
Agitare animo diligenter. Studioſe cogitare.
Intentè animo intueri.
Attentius examinare|perpendere.

Stelt euch das für augen.

Mets toy cela audeuant des yeux.

HOc tibi ante oculos propone.

Hoc tibi ante oculos pone|statue|constitue.

Hoc ad animum refer. Hoc tibi propositum sit.

Huc mentem intende tuam.

Huc spectet animus tuus.

Dirige tua consilia|tuas cogitationes ad hunc finem.

Mentis aciem in hoc intende.

Bedenckt bey euch selbst wie vnsicht das glück ist.

Regardez en vous mesmes, combien est grand le changement de la fortune.

IPsi vobiscum consulite, quæ sit fortunæ vicissitudo. Intendite animos vestros|inite consilia cum animis vestris|cogitate|animaduertite|attendite|examinate|perpendite|cum ratione tanquam æquissima lance diligenter æstimate, quæ sit fortunæ mutatio | qui sint fluctus rerum humanarum|quàm varia tempestate iactetur hominum vita.

Vide Dignitatem ante omnia spectare.

CONSILIVM ALIENVM SEQVI.

Mich dünckt das jhr ander Leuth raht vnd nit ewerem eygen gutdüncken folget.

Il me semble que tu ne suiues pas ton iugement, ains le conseil d'autruy.

NOn tuum iudicium, sed aliena consilia sequi mihi videris.

Video te auferri aliorum consiliis.

Intelligo|sentio non te tuo duci, sed alieno abduci consilio.

Non ipse te in consilium adhibes.

Non ipse te audis.

Non ipse tibi pares|morē geris|non ipse tibi obtemperas|obsequeris|assentiris [illegible] consilio|sed aliena te consilia regunt|sed ab alienis consiliis voluntas tua pendet.

Non ipse tibi dux es, verum alios sequeris.

Vide

Vide Consulere aliquem.

CONSILIVM SENILE OPTIMVM.

Die alten geben gemeinlich guten raht.
Les vieilles gens donnent le plus souuent bon conseil.

SApienter ferè consulunt senes.

Senes non facilè peccant| errant| labuntur| offendunt in consilio.

Senum consilia non sæpe inutilia sunt| inania|stulta| absurda.

Raro labitur senilis ætas in consiliis.

Sapienter ferè consulit senilis ætas.

Optimis ac firmissimis rationibus fere semper nititur senilis opinio|sententia.

Optimam partem eligunt senes.

Quorum grandior est ætas|qui longiùs ætate processerunt, is eorum solet esse sensus, qui à ratione non discedat|recedat|procul absit| qui cum ratione congruat| quem ratio confirmet| à quo ratio non dissentiat.

Da ist nichts das mich trösten kan.
Il n'y a rien qui me puisse consoler.

NIhil est, quod solatium præbere mihi possit.

Nihil est, quod solationem afferre|parere mihi possit.

Nihil est, quod solatio| consolationi esse mihi possit.

Nulla est res, quæ animum meum possit recreare| leuare|vindicare à dolore|liberare solicitudine|extrahere dolore| abducere à cura| auocare à molestia| abstrahere| auellere à mœrore.

Afflictum à mœrore animum |languentem|iacentem animum erigere|excitare| confirmare nulla iam consolatio potest.

Affectum dolore animum sanare nulla ratio potest.

Laboranti animo| ægrotanti| pessime affecto mederi satis nulla ratio valet|parum apta remedia reperiuntur|inutilis |infirma|inanis superuacanea prorsus omnis medicina est.

Fru-

Fruſtra in me conſolando ponitur opera.

Inanem operam ſumit, qui ad me conſolandum aggreditur.

Ita dolore obruor, vt emergere nulla ratione poſſim.

Ita malis opprimor, prorſus vt reſpirare non liceat.

Reſpuit iam animus, quaſi deſperata ſalute, omnem medicinam | remedia cuncta | omnia conſolationum genera.

Infixus | infixus in animo dolor ita penitus eſt, vt euelli nulla ratione poſſit | vt nulla vis rationũ poſſit eſſe tanta, quæ illũ ne die quidem adiuãte, poſſit euellere | extrahere | educere | eripere.

Finem facere dolori meo | finem imponere | modum | terminum ſtatuere dolori meo | dolorem moderari, neq; homo eſt, neque res vlla quæ poſſit.

Non eſt vt poſſim in dolore mihi temperare | dolore abſtinere | dolorem ſedare | abijcere | ipſe me ad hilaritatem | eam iucunditatem, quam dolor ademit, reuocare.

Referre me ad priſtinam animi æquitatem | referre me ad eum ſtatum, vnde me dolor deiecit. | deturbauit | depulit | detruſit, non poſſum.

Quis iam homo (dicerem, niſi eſſet impium, quis iam Deus) animo meo virtutem dolore ereptam reſtituere poſſit?

Quis ea ſanare vulnera | quis ijs vulneribus mederi | medicinam afferre | remedium inuenire poſſit, quæ mihi fortuna intulit | impoſuit | inflixit?

Dieſer gedanck wird euch ſehr tröſten.

Ceſte penſée t'apportera ſinguliere conſolation.

HÆc te non mediocriter cogitatio confirmabit.

Hæc ſi tibi propones | hæc ſi apud animum tuum propones | hæc ſi animo tuo agitabis | animo ſpectabis, leuabis tuum luctum | leuabis te luctu | ægritudine | ſolicitudine | cura | ſanabis vulnus doloris tui | ipſe te lenies.

Ich befinde mich darnach sehr getröst/ wenn ich gedencke an das böse, so ich vor der zeit gelitten.

En apres ie me sens merueilleusement consolé par la memoire des maux, que i'ay soufferts par le passé.

SEcundo loco me consolatur recordatio meorũ temporum.

Altera est ratio, quæ mihi solatium affert| præbet| parit| solatio est| alterum illud est, quo sustentor| recreor| illa est, quæ me consolatur, altera ratio, malorum meorum recordatio,

Accedit illud ad animum meum sustentandum, quod quibus olim quantisque aduersæ fortunæ fluctibus agitatus sim, memoria teneam.

Deinde sustentor meorum malorum memoria.

Vide Mederi doloribus.

CONSTANS. CONSTANTIA. constare sibi.

Man muß bestendig seyn im gut thun.

En bien faisant il faut estre constant.

OPortet in rectè agendo constantem esse.

Oportet in recte agendo constantiam adhibere| animo esse constanti| firmo| stabili| immutabili| graui| minime leui| non fluxo| non variabili| animo minime fluctuare| vacillare| titubare| labi| claudicare, &c.

Ich hab ihn allzeit bestendig gefunden.

Ie l'ay trouué en tout temps homme constant.

HOminem grauem cognoui.

Hominem certum| minimè mendacem| minimè falsum| studiosum veritatis| hominem magna præditum grauitate semper cognoui| expertus sum.

Nihil leuitatis aut inconstantiæ| nihil inane| varium| mutabile| inconstans| nullam animi infirmitatem| nullam sententiæ varietatem| nullam consilij mutationem in eo deprehendi.

Id mihi semper visus est, qui sibi optimè constet| qui nihil

nihil leue committat| qui nihil inane cogitet| qui non facilè diſcedat à ſeipſo| qui ægrè diſcedat à ſententia| mutet conſilium| ſuſceptam opinionem abijciat| ſenſus deponat| de ſuo ſtatu demigret| quem nulla res facilè abducat| auellat à ſententia| cuius mentem huc & illuc ægrè traducas| cuius mentem in hanc vel in illam partem non facile flectas| cuius mentem in quam velis partem| vtram in partem velis, cum labore traducas| torqueas

Alieno tempore nihil loquitur.
Nihil agit inepte. Nihil non loco agit.
Idem ei vultus in omni re.
Eadem ei mens eſt in omni fortuna.

Es iſt ein löblich werck in ſeinem guten vornemen beſtendig ſein.
C'eſt vne choſe louable, de perſiſter en ſon bon propos.

SI quis in recta ſententia ſibi conſtat, ei magna laus debetur.

Tueri conſtantiam in recta ſententia, laudabile eſt| laus eſt| laudis eſt| laudi eſt| laudem habet| affert| parit| cum laude coniunctum eſt| egregium eſt| præclarum eſt| glorioſum eſt.

Perſeuerantem| pergentem| permanentem in recta ſententia laus & gloria proſequitur| laus excipit immortalis.

In recta ſententia laudabilis admodum eſt| laudibus efferenda| ornanda| honeſtanda, decoranda| ſtabilis| firma & perpetua permanſio.

Man erzeige dem ſonderliche ehr/ſo da dapfferlich vnd mit einem beſtendigem gemüht ſeine meinung beſchirmet/ ſo zur gemeiner wolfahrt dienet vnd bequem iſt.
Ceſtui la ſoit ſingulierement honoré, qui defend vaillãment & d'vn courage conſtant ſon opinion que ſert au bien de la republique.

TVenti acriter & firmo imprimis animo ſententiam cum ratione & ſalute Reip. congruentem, decus eximium detur.

Tuen-

Tuenti acriter & firmo inprimis animo sententiam, quæ sit e re publ. | in Rempub | e re communi | quæ sit in rem communem | e commodo publico | quæ valet ad rempub | ad rem communem | ad commoda publica, decus eximium detur.

Vide Inconstans. Promissis stare. Obstinatus. Inanis homo.

CONSVETVDINEM DEPONERE.

Ich kan mich nicht genugsam verwundern / warumb jhr ewere alte gewohnheit verlassen habt.

Ie ne me puis assez esmerveiller, pour quoy tu t'es si fort esloigne de ta coustume.

MIrari satis non possum, cur à tua consuetudine tam longè discesseris.

Mirari satis non possum, cur à consuetudine tam longe recesseris | tam valde defeceris | te remoueris | te abduxeris | cur [illegible] | cur à teipso discesseris | cur te tui tam dissimilem præbeas | cur te tui similem non præstes | cur qui adhuc fuisti, eum te non præstes | cur qui hactenus fuisti, eum te non præbeas.

Adduci non possum, vt te à tua consuetudine tam valde | tam longe discessisse existimem.

Haud facile crediderim | ægre mihi quis persuadere possit, tuam te consuetudinem | te inueteratam istam viuendi rationem obliuioni tradidisse | deposuisse | abiecisse.

CONSVETVDO COMMVNIS.

Es ist ein gemeine gewonheit / daß wir vns vertheidigen wieder die iniurien.

C'est la coustume de tout le monde, se defendre contre l'iniure.

MOs hic omnium est, vt ab iniuria nos tueamur.

Omnium hæc consuetudo est | institutum | mos est | consuetudinis | instituti est | mos obtinuit | inualuit, vt vim vi pellamus.

Mos

Mos communis ita fert | ita fert omniũ consuetudo | nemo non ita consueuit | omnib. hoc est à natura tributum | insitum | ita natura comparatum est | habent hoc omnes à natura | ita facti | ita instructi natura omnes sumus, vt vim vi pellamus.

CONSVETVDO ITA FERT.

Die gewonheit ist solche.

La coustume est telle.

VSitatum hoc est. Translatitium hoc est.
In more positum est. Vsu venit. Fit. Accidit.
Factum est. Vsu | more comparatum est.
Mos obtinuit | inualuit Moris est.
Consuetudo ita fert. More fit. Vetus hoc est.

Vide Assuescere.

CONSVLERE ALICVI.

Ich rathe euch das / so ihr für ewer ehr sorgfeltig seidt.

Ie te conseille cela, si tu es soigneux de ton honneur.

HOc tibi consulendo, tua si tibi laus curæ est.
Tibi hoc suadeo | huius tibi auctor sum | te hortor | adhortor | cohortor | hoc est meum consilium | mei consilij hoc est | mea hæc est sententia | opinio | meus hic est sensus | meum hoc est iudicium | ita sentio | ita mihi videtur | placet | probatur, tua de laude si laboras | tua si tibi laus cordi est.

Wiltu meinem rath folgen so thu das.

Si tu veux suiure mon conseil, tu feras cela.

SI me audis, hoc facies.
Si meum consilium sequeris | mea tibi sententia si probatur | me approbante | de mea sententia | meo consilio | meo suasu | meo hortatu | si me putas quidquã sapere | si me putas non esse prorsus insipientem, si me putas aliquid videre | si meum consilium habet aliquid apud te ponderis, hoc ages | aggredieris | suscipies | hoc faciendum tibi indicabis.
Me auctore ita te geres.

CON-

CONSVLERE ALIQVEM.

Es ſtehe einem weyſen Mann zu/in zweiffelhafftigen ſachen ſein. freund vmb raht zů fragen.

C'eſt à vn homme ſage, de demander conſeil à ſes amis en choſes douteuſes.

SApientis eſt, in ancipiti rerum ſtatu amicos conſulere.

Sapientis eſt, incertis in rebus| dubiis| ambiguis| obſcuris| ſapientis eſt, in rebus aliqua in difficultate conſtitutis| in controuerſia poſitis amicos in conſiliũ adhibere| ad amicos referre| ad amicorũ arbitriũ referre | amicorum iudicis ſtare| ad conſiliũ amicorum cõfugere| amicorum conſilio vti | amicorum ſententiam exquirere | adire ad amicos conſilii cauſa | petere conſilium ab amicis | velle cognoſcere quid amicis videatur | velle cognoſcere quid amici ſentiant | quid habeant opinionis| quid probent | cenſeant| iudicent| faciendum exiſtiment | velle cognoſcere qui ſit amicorum ſenſus| quæ ſit ſententia

Ad ſapientem ſpectat, in rebus dubiis amicos de ſua ſententia interrogare.

CONSVLERE DEVM.

Derjenig / welcher in ſeinem vornehmen ſich nicht erſt mit Gott berathet/wird offt von Menſchlicher vorſichtigkeit betrogen.

Celuy qui en ſes deſſeins n'a recours a Dieu, ſe trouue ſouuentefois trompé par la prudence humaine.

QVi ſuas ad cogitationes Deum non adhibet, ſæpè is ab humana prudentia in fraudem inducitur

Qui ſuis in cogitationibus non confugit ad Deum| qui ſua conſilia ad Deum non fert | cuius animus cum Deo nunquam loquitur, ſæpe illum fallit humana prudentia | ſæpè is ab humana prudentia in errores inducitur| ſæpe labitur| offendit| errat| ab humana prudentia ductus | humanæ prudentiæ ductu | falſa quadam rerum humanarum ſpecie deceptus.

Vide

Vide Dei opem implorare.

CONTEMNERE. CONTEMNI. Contemptus.

Ihr habt euch also zu mir gehalten / daß ich auff euch nicht mehr achte.

Tu t'es deporté de telle sorte en mon endroit, que ie ne me soucie aucunement de toy.

ITa de me meritus es, vt nullo apud me loco sis. Ita te gessisti|ea commisisti|eum te præbuisti|præstitisti, vt minime mihi curæ sis|vt minimum te curem|vt minimum de te laborem|vt nullam prope tui curam geram|vt in minimis te ponam.

Das studieren wird nun so hoch nicht geachtet / als man billich thun solte.

L'on ne faict pas tant de cas des estudes, comme on deuroit.

LIterarum studia, non, quanti deberent, æstimantur.

Literarum studia, non, vt deberent, honesta sunt| non quo deberent| quo æquum esset, loco sunt| non, quem deberent, locum obtinent| non admodum in honore sunt| dignitatis| æstimationis| honoris| loci non habent satis.

Bonis artibus honor non est| locus non est| honor non tribuitur.

Bonæ artes honore vacant| dignitate carent| non coluntur|iacent|minimè vigent| spernuntur| negliguntur|contemnuntur|exigui pretii sunt|parui sunt|haud magni putantur.

Man achtet euch nicht.

L'on ne tient conte de toy.

NVlla tua existimatio est

Nullum apud homines locum obtines.

Nullo loco es. Nullius es. Nihil es.

Nullo in honore es.

Nullius te pretii homines ducunt.

Prorsus iaces.

Ich werde von einem iedlichen verworffen vnd veracht.

Ie suis reiecté & desprisé d'vn chascun.

REijcior & contemnor ab omnibus.
Plane deiectum esse me atque abiectum intelligo.
Nullo iam loco sum. Nullius iam pretij sum.
Ordinem nullum obtineo. Fabula sum populo.
Habeor in postremis. Despicior.
Despectus sum. Nullius loci sum.
Nullius ordinis sum. Postremæ sum conditionis.

Vide Abiectus. Perire. Vilis homo. Vituperare.

CONTEMNERE DIVITIAS.

Unsere Voreltern haben die reichtumb nicht geacht / stunden allein nach der tugendt.

Nos antecestres ne tenoyent aucun conte des richesses, ains s'addonnoyent à la vertu seule.

MAiores nostri diuitias minimi putabant, vnam virtutem sequebantur.

Apud maiores nostros minima diuitiarum, virtutis erat ratio maxima.

Nullo loco apud maiores nostros diuitiæ fuerunt, virtus vna vigebat maximè.

Plurimum semper apud maiores nostros virtus valuit, minimùm diuitiæ.

Maiores nostri diuitias præ virtute contemnebant| diuitias infra virtutes ducebant| opes post virtutem habebant| diuitias virtute peiores iudicabant.

Unsere voreltern haben die reichthumen das aller wenigste geachtet.

Nos peres anciens faisoyent peu de cas des richesses.

MAiores nostri opes in minimis ponebant.

Maiores nostri rem familiarem, quæque nos bona appellamus, parui pendebant | minimi | nihili reputabant | ducebant | æstimabant| faciebant| flocci faciebant| flocci non faciebant (*idem enim significatur, siue absit, siue adsit particula* non.)

Postremæ omnium rerum diuitiæ nostris erant maioribus.

Opes apud maiores nostros minimi|minimi ponderis | nullo loco | parui momenti erant| postremum locum obtinebant.

CONTEMNERE OMNIA.

Ich veracht alle ding.
Ie ne tiens conte de rien.

AEquè omnia contemno.
Æquè omnia fastidio|respuo.
Trahantur per me pedibus omnia, non laboro.
Nihil me tangit. Nihil me afficit.
Nulla re moueor.
De quauis re susque deque fero.
Nulla res apud me pondus habet | vllius momenti est| in pretio est.
Ne minimi quidem apud me res vlla est.

CONTEMNERE SENTENTIAM alicuius.

Ich achte es gar gering/ daß jr ein solch gefallẽ zu mir habt.
Ie ne me soucie nullement de l'opinion que tu as de moy.

FAcilè patior te ita de me sentire.
Facilè patior te ita de me existimare|opinari.
Tuum hunc esse de me sensum nihili facio, minimum curo.
Contemno tuam de me opinionem | sententiam | iudicium.
Tuam de me sententiam inanem prorsus leuemque duco.
Parui est apud me tua de me sententia.

CONTENDERE. CONTENTIO.

Wir müssen keinen zanck haben mit mächtigeren dann wir.
Nous ne deuons auoir querelle auec plus puissants que nous.

COntendere cum valentioribus non debemus.
Certare | pugnare | altercari cum valentioribus non debemus.
Aduersus valentiores| firmiores| robustiores| paratiores à viribus suscipienda contentio non est.

Dieser hader hat gewehret biß in die nacht.
Ce debat à duré iusqu' à la nuict.

HÆc vſque ad noctem ducta controuerſa eſt | lis | contentio | pugna | altercatio.

Vide Pugnare. Diſputare.

CONTENTVS SVA SORTE.

Ich bin mit dem meinigen zu frieden.
Ie ſuis content de ce que i' ay.

COntentus ſum rerum mearum ſtatu.
Sufficit | ſatis eſt | abunde eſt quod habeo.
Acquieſco rebus meis. Maiora non appeto.
Plus à fortuna non poſtulo.
Continet ſe intra hos fines | non excurrit | non prolabitur animus meus.
Non ſe longiùs effert animus meus | non ſe tollit altius.

Niemand iſt mit dem zu frieden / was er hat.
Il n' y a perſonne qui ſe contente de ſon eſtat.

NEmo ſua ſorte contentus viuit.
Nemo eſt qui acquieſcat fortunæ ſuæ.
Nemini ſua conditio ſatisfecit.

Vide Conſeruare patrimonium.

CONTINERE.

Im Pferd von Troyen kondten nicht viel Leut ſein.
Le cheual de Troye n' eſtoit pas capable de grand nombre de gens.

EQuus Troianus multos mortales capere nõ poterat.
Equus Troianus paucorum erat capax | admittere | amplexari | continere | cohibere | tegere non multos poterat.
Pauci in equo Troiano deliteſcere poterant.

So fern du maß halteſt im ſtudiren / ſo wirſtu ſtärcker vnd geſunder werden.
Si tu gar des mediocrité entes eſtudes, tu deuiendras plus fort & plus ſain.

Si tibi

SI tibi parces in ſtudijs, firmior ac validior fies.

Si modum ſtudijs impones| facies| ſtatues, valetudine melior fies.

Si tibi moderaberis in ſtudijs, valetudinem confirmabis.

Si ſtudia moderabere, conualeſces quotidie magis.

Mediocritatem in ſtudijs tuis ſi colueris, firmitatis| virium| roboris| bonæ valetudinis in dies plus aſſequêris.

Mediocritati in ſtudijs ſi conſulas | ſtudeas | morem geras| ad perfectam valetudinem ſingulis diebus propius accedes.

Si quam debes, eam mediocritatis in ſtudijs tuis rationem habeas, roboris in dies ſingulos ad valetudinem tuam acceſſio fiet.

Vide Debilis. Ægrotare ex ſtudiorum labore.

Ich hab meine geſundheit noch nicht gar widerumb bekommen.

Ie n' ay pas du tout recouuert ma ſanté.

NOndum priſtina mihi reſtituta valetudo eſt.

Priſtinam valetudinem nondum ſatis mihi videor aſſecutus.

Nondum planè conualui.

Nondum vires colligere potui.

Nondum ſatis firmo ſum corpore.

Valetudine nondum vtor planè commoda.

Nondum vtor priſtina valetudine.

Paulo adhuc deterius| aliquantò deterius; quàm ſolebam valeo.

Minus firmiter| minus bellè valeo.

Priſtinas vires quadam ex parte deſidero.

Confirmatus à morbo nondum omninò ſum.

Quas morbus mihi vires ademit | abſtulit | eripuit, nondum prorſus recuperaui| recepi| reuocaui.

Non iam adeò conualui, quin aliquas diuturni morbi reliquias ſentiam.

Nondum potui plane valetudinem à morbo confirmare.

Nondum potui planè ex morbo euadere|leuari|releuari mobo|recreari è morbo|releuare morbum|remouere morbum.

Kein artzney ist so kräfftig gewesen / das sie mich von meiner langwiriger kranckheit hette können gesunde machen.

Nulles medicines ont eu tant de forces, qu' elles m' eussent peu donner perfaicte guarison de ma longue maladie.

NOn ea fuit medicamentorum vis, quæ nullum grauis, ac diuturni morbi mei vestigium reliquerit.

Nullis medicamentis morbum, quo iam pridem laborauerã, adeo depellere potui, quin aliquod illius vestigium remanserit.

Medicinam quidem sensi, at in pristinam valetudinẽ restitui planè non potui.

Quamuis nullis ego vnquam sumptibus pepercerim, tamen nondum planè ex morbo conualescere potui.

Nulli medici me sanum facere|sanum ex morbo facere potuerunt.

Vide Sanare morbum. Vulnus insanabile.

CORRIGERE. CORRIGI.

Die Menschen wollen nicht allezeit gestrafft oder vndertwiesen sein.

Les hommes ne veulent pas tousiours estre reprins.

NOn semper corrigi homines volunt.

Non semper emendari|admoneri, vt inviam redeãt|ab errore reuocari|obiurgando meliores fieri|censorem admittere|correctionem suscipere|subire correctorem pati|ei, qui errantibus viam monstret, obtemperare|dicto audientes esse homines volunt.

CRVDELITAS. CRVDELISsimus.

Ihr seid gehalten für einen sehr frechen Mann.

Tu es reputé pour vn homme tres cruel.

CRudelissimus existimaris.

Maximè inhumanus | impius | maximè asper | omnis expers pietatis | barbarie omni crudelior | remotus ab omni humanitate | inclemens | inamœnus | sæuus | sanguinarius | truculentus | trux | atrox | dirus æstimaris.

Ferreus | immitis | implacabilis es.

Cum immanissimis feris crudelitate comparandus es.

Omnes mortales crudelitate vincis.

Tua ista crudelitas bonorum animantium ferocitatem, non modo adæquat | verumetiam (horreo verba tam horrida) superat.

Ea est morum tuorum, nõ asperitas, (leue enim tibi vitium illud est) sed feritas, quam ne immanissimæ quidem ferarum omnium feræ attingere possint.

Tu Nerone, mortalium omnium crudelissimo, crudelior es.

CRVDELITATEM EXERCERE.

Wir müssen keine frechheit brauchen gegen vnser kinder.

Nous ne deuons oncques vser de cruauté enuers nos enfans.

SÆuire in filios nunquam debemus.

Sæuitiam aduersus natos exercere | crudeliter agere cum filijs nunquam debemus.

Tanti esse nihil debet, vt crudeles in liberos simus | vt crudeles nos liberi experiantur.

Si quid agitur cum filiis, crudelitas absit | nunquam crudelitati locus sit.

Bonum est, imo necesse, pueros in culpam lapsos à parentibus non verbis solum, sed etiam verberib. castigari: cauendum tamen est, ne crudelitati aditum ira patefaciat.

Vt parentum est iuueniles refrenare liberorum impetus: ita debent illi quoq; manus, imo ipsum animũ, ab omni sæuitiæ genere vindicare.

CVRAM GRAVEM SVSCI-
pere.

Jch hab ein grosse sorg auff mich genommen.
I'ay prins vn grand soing.

GRauem curam suscepi. Grauis me excepit cura. Grauis in me incubuit solicitudo.
Acerba me inuasit solicitudo.

CVRAM GRAVIOREM SVS-
cipere.

Vor dieser zeit hab ich einige sorg gehabt/nuhn aber werde ich mit einer vnleidlicher sorg vberfallen.
Par ci deuant i'auois bien quelque soing: mais maintenat ie suis accable d'vn insupportable souci.

CVram equidem ante sustinebam, ferendam tamen: nunc solicitudine premor, quæ ferri non possit.

Prius|antea|antehac|olim| hucusque exigua|parua| minima|exilis|lenis me cura vrgebat| male habebat| vtebat|nunc| hoc tempore| modò| iam in præsentia longe maior| acrior| grauior| acerbior cura| molestia| solicitudo| perturbatio animo meo insidet| animum obsidet|occupat|inuadit|aggreditur|exagitat|animum meum discrutiat|oppugnat| exercet| diuerse trahit & distrahit.

A minori cura maximam ad solicitudinem tractus sum.

Hac solicitudine nihil grauius.

Vincitur animus, planeque frangitur hac tam graui solicitudine.

CVRARE RES ALIENAS.

Jch sol ewre sachen, wie billich/klüglich verwalten.
I'auray grand soing de tes affaires, comme ie suis obligé.

EGo tuas res, pro eo ac debeo, diligenter curabo.
Tua negotia|quidquid ad te pertinebit, vti debeo, diligenter agam.

Er hat meine sachen vnderhänden.
Il a le maniement de mes affaires.

Mea

MEa negotia gerit.
Res meas curat|adminiſtrat.
Meas rationes tractat. Mea negotia procurat.
Meus procurator eſt,
Is eſt, cui res meas commiſi|credidi|commendaui|tradidi|mandaui.
Suſtinet rerum mearum curam.

Habt doch ſorg für meine ſachen.
Ayez ſoing de mes affaires.

CVram ſuſcipe rerum mearum.
Fac vt meæ tibi rationes curæ ſint.
Proſpice|conſule|prouide rationibus meis.
Suſcipe me. Reſpice fortunas meas.
Tuere me. Complectere|foue me.

Vide Cogitare perpetuò. Adminiſtrare res alienas.

D.

DEBILIS. DEBILITARE.

Ewer vngeſchicktes leben/hat ſehr geſchwecht die ſtarckheit ewers Leichnams.
Ta maniere de viure deſreiglée a grandement debilité la force de ton corps.

VIres corporis tibi ademit vitæ ratio minimè moderata.
Vires corporis tibi minuit|diminuit|deminuit|imminuit|comminuit|infirmauit|debilitauit|abſtulit|afflixit tua incontinentia|intemperantia|nequitia|luxus|libido.
Vita immoderatè|incontinenter|intemperanter traducta|vita diſſolutè|nequiter|ſine modo|luxurioſè traducta ad infirmitatem|ad imbecillitatem|ad tenuitatem corporis te redegit|te adduxit|minus te firmum|validum|valentem|robuſtum|infirmiorem|imbecilliorem reddidit.

Vide Minuere. Valetudo infirma. Aegrotare.

DEDECVS.

Das jenige welchs du helst für ein ehr / acht ich für eine schãd

Ce que tu penses estre honneur, i' estime estre deshonneur.

Quod tu valere ad laudem existimas; ego dedecus in eo, turpitudinemque constituo.

Qua tu iure dignitatem, ego deformitatem statuo| pono|loco|ego deformitatem sitam|positam|locatam| constitutam censeo.

Quem tu dignitatis, eum ego locum infamiæ puto.

Vnde tu decus & gloriam speras oriri posse, inde ego ne dedecus emergat vereor|inde ego ne emanet infamia| ne turpitudo effluat, magnopere vereor.

Vide Infamia. Vituperare.

DEDECVS ÆTERNVM subire.

Du bist in ein ewige schand gefallen.

Tu as encouru vne infamie perpetuelle.

Aeternam ignominiæ labem subijsti.

Sempiternam ipse tibi ignominiam imposuisti.

Æterna tibi est inusta infamiæ nota.

Ipse te aspersisti atque inquinasti maculis infamiæ sempiternis.

Spem tibi omnem futuræ dignitatis ademisti.

Nullam tibi in posterum dignitatis partem reliquisti.

Nomen tuum ijs ignominiæ maculis obscurasti, quæ nulla temporum longinquitate abstergi posse videantur.

Vide Detrahere.

DEDICARE LIBRVM.

Vmb vieler vrsachen halben muß ich euch dieses Buch zuschreiben.

Pour plusieurs raisons vous dois te dedier ce mienliure.

Multis de caulis librum hunc tibi dicare debeo.

Mul-

Multis decausis librum hunc tibi debeo dedicare | nuncupare| donare | destinare|offerre | inscribere.

Multæ me impellunt causæ | multæ sunt causæ,quæ me moueant , vt has meas vigilias sub tui nominis clypeo|auctoritate|fulgore| splendore edam | vt has meas lucubrationes prodire|exire | in lucem prodere| in publicum edere sub nomine tuo| in tuo nomine apparere velim.

DEFENDERE PARTES ALIcuius.

Alle ehrliche Männer seind in zeit der Bürgerlichen kriegen/ des Königs seiten gefolget.

Tout homme de bien a suiui le parti du Roy du temps de la guerre ciuile.

BOnus quisq; in bello ciuili Regem secutus est.

Bonus quisq; in bello ciuili fuit in castris Regis|fuit in præsidijs|fuit inter præsidia Regis | stetit à Rege|stetit pro Rege |Regis partesdefendit.

Ich sol mit euch sein.

Ie suiuray ton parti. Ie feray de ton costé.

TEcum ero. Tecum faciam. Te sequar.

Ate stabo. Tuis in præsidijs ero.

Tuam causam | tuas partes sequar | tuebor.

De tuis vnus ero. Me tuum numera.

Me de tuis vnum habe. In numero tuorum ero.

Vide Dignitatem seruare incolumem.

DEFERRE SERMONEM.

Die reden die du von mir gebraucht hast/ seind mir von Erbarn personen erzehlt.

Le propos que tu as tenu de moy , me sont rapportez par gens honorables.

TVus de me sermo per homines honestissimos perlatus est.

Delatus est | allatus est ad me honestissimorum virorum opera tuus de me sermo.

Tuum ad me ſermonem detulerunt homines honeſtiſſimi.

Tuum de me ſermonem | ipſa tua verba mihi ſignificarunt | aperuerunt | narrarunt | expoſuerunt viri honeſtiſſimi.

DEFORMIS.

Du biſt ſehr heßlich.
Tu es fort laid.

TVes valdè deformis. Inuenuſtus es.

Informis es. Tu es inhoneſtà facie | turpi facie.

Corporis prauitates in te ſunt perinſignes. Forma tua omni vacat decore.

DEI OPEM IMPLORARE.

In trůbſeligkeit muß man ſein zuſlucht zu Gott haben.
En faſcheries faut il auior ſon recours à Dieu.

IN moleſtia oportet ad Deum confugere.

In modeſtia oportet ad Deum perfugere | profugere | diuinum auxilium | præſidium | diuinam opem implorare | ſibi præſidium in Deo ſtatuere.

Cum quis ærumnis premitur, ad Deum ſe vertat | conuertat neceſſe eſt.

Vide Conſulere Deum.

DEI VIRTVTES ATQVE ENCOmia, ſeu Epitheta.

Die gůtigkeit Gottes iſt ſo groß/das ſie nicht gröſſer ſein kan.
La bonté de Dieu eſt ſi grande, qu' il n' eſt poſſible de plus.

BOnitas in Deo tanta eſt, quanta poteſt eſſe maxima.

Singulari Deus bonitate eſt.

Incredibili iuſtitia is eſt | immenſa clementiâ | infinita poteſtate is eſt, qui cuncta creauit | condidit | architectatus eſt | qui cuncta ex nihilo creauit | formauit | finxit | qui omnia regit | gubernat | moderatur | temperat | qui rebus omnib. præeſt | dominatur | imperat | à quo vno pendent omnia | cuius vnius a voluntate | nutu | imperio pendent omnia | cuius poteſtas omnia complectitur | cuius in poteſtate omnia ſunt | quem verentur omnia | cui parent omnia.

Infinita bonitate est, omnium rerum auctor|omnium rerum creator | conditor | opifex | artifex | effector.

Nihil est in vniuerso terrarum orbe| nihil amplissimis cælestium orbium cancellis circumscribitur | nulla res|nulla virtus in ipsis cælis eminet, cuius auctorem Deum fateri non debeamus.

Ecquis spiritus, quis Angelus altissimum illum cælestis regionis verticem incolit, quem non Deus infinita vi sua ex nihilo condiderit?

Omnes omnium rerum perfectiones vni diuinæ benignitati referendæ sunt | diuino numini acceptæ referendæ sunt.

Vide Deus Benignissimus.

DELIBERARE.

Ich habe mir vorgenommen/nichts sonder eweren raht zu thun.

I'ay proposé de ne rien faire sans ton conseil.

Decreui nihil vt facerem sine tuo consilio.

Statui|constitui|in animo habui|certum consilium cepi|captum consilium est|deliberatum est| constitutũ est|iudicatum est|plane animum induxi, nihil vt facerem, nisi te approbante | nisi de consilio tuo | nisi tuo consilio vterer | niterer.

Vide Administrare Rempub. Susceptam rem abiicere.

DELIQVIVM ANIMI PATI.

Er ist in ohnmacht gefallen.

Vne foiblesse de cœur l'a surprins.

Deliquium animi passus est.

Animus eum reliquit.

Animus eum defecit|destituit.

Intermortuus est. Animo concidit|defecit.

Ita captus omni sensu est, vt vita discessisse videretur.

DENIQVE.

Auffs letzt ist er wieder in sein Vatterland kommen.

A la par fin il est retourne en son pais.

TAndem aliquando diuturnâ morâ interpositâ redijt in patriam.

Aliquando|tandem|denique|ad extremum|demũ|postremo|post diuturnum tempus|longo temporis interuallo|cum temporis multum iam abijsset|transacto iam multorum annorum spatio|longo post tempore|interiecto longo temporis curriculo, reuersus est|reuertit in patriam|recepit se ad suos lares|ad cunabula|ad patrias sedes.

DESERERE SE ALIORVM causa.

Ihr tragt grosse sorg für ander Leuth sachen/ vnnd ewer eygene lasset ihr dahinden.

Tu as grand soing des affaires d'autruy, & laisses en arriere les tiens propres.

DE alijs plurimùm, de teipso tuisque rebus minimè laboras.

Aliena tibi curæ sunt, tua negligis.

Aliorum rationes pluris apud te, quàm tuę sunt.

Propensior ad alios, quàm ad teipsum, tua voluntas est.

Alienam voluntatem vt sequaris, te ipsum deseris.

Alienæ voluntati vt morem geras, te ipsum derelinquis.

Vt alijs satisfacias|aliorum causa|te ipsum destituis.

Præ alijs te ipsum negligis.

Quid alijs placeat|quid aliorum è re sit, attendis; ratio rerum tuarum quid postulet, minime cogitas.

Vt sequaris alios, discedis à te|deficis à te|desciscis à teipso.

Alienis commodis omni studio|cura|labore inseruis, industria|operam das|vigilias|curas|præstas|tribuis, de tuis commodis nihil agis|tibi tua commoda minimè cordi sunt.

Alio-

Aliorum commoda dum captas, tua negligis.

Dum aliorum causam foues | iuuas | auges | suscipis | agis, tuam iacere | f. gere | neglectā iacere pateris | tuam abijcis | nihili facis | paruipendis. De aliena causa solicitus es, tuam nihil curas | tuæ causæ oblitus es.

Alienæ causæ faues, vt tuæ | non secus ac tuæ | tuam causam, vt alienam, contemnis | tuam, vt non tuam, contemnis.

Quod tuæ causæ studium dicare deberes, id dicas alienæ | id ponis | collocas in alienæ.

Vide Oeconomus negligens.

DESIDERIVM. DESIDERARE.

Ich hab grosse begirde die Statt zu besehen.

J'ay grand desir de voir la ville.

Sum in vrbis desiderio.

Desiderio me vrbs afficit.

Desiderium me tenet vrbis.

Vrbis cupiditate flagro. Animus meus in vrbe est.

Animus meus vrbem spectat.

Animus meus æstuat vrbis desiderio.

Ich hab grosse begird zu euwerer ehren

Ie suis espris d'vn desir incroyable de ton honneur.

Mirum in modum tuam laudem exopto.

Mire | mirifice | mirabiliter | mirandum in modū | admirabili quodam studio tuam laudem, tuum decus specto | cupio | desidero | expecto | aueo | opto.

Percupio tuam laudem.

Sum in desiderio tuæ laudis.

Cupiditate tuæ laudis incredibili teneor | ardeo | flagro | sum incensus | sum inflammatus | ducor | trahor | rapior.

Amore flagro tuæ laudis.

Studio sum incensus laudis tuæ.

Alacris animo sum, vt honestissimum te videam | vt te videam honoratum | laude florentem.

Tua mihi laus carissima est | cordi est | curæ est | prima est | inter primas ducitur | antiquissima est | in maximis est | inter ea quæ apud me summa.

Ich wünsche euch so viel guts/als ich meinem eygen sohn.
Ie te desire tout autant de bien qu' a mon propre fils.

OPtimè tibi cupio, sic, inquam, vt filio meo.
Tua causa cupio, quantum filij mei causa volo.
Cupio tibi secunda omnia, non minus, quàm filio meo.
Æquè tibi faueo ac meo.
Animatus in te sum, vt in filium.
Quo in filium, eodem erga te animo sum.

Es ist kinder werck / etwas mit sewrigkeit begeren.
C' est le propre des enfans, de conuoiter ardemment.

PVerorum hoc est auidius appetere.
Puerorum hoc est, vt ad appetendum procliuiores sint|vt ab appetendo ratio non satis arceat |contineat| vt in appetendo nimis efferantur|vt in appetendo minimè sibi temperent | sibi moderentur| | sibi parcant.

DESPERARE.

Ist es schon sach/das mir die fortun genommen / was mir an liebsten war/so wil ich dennoch den muth nit verlohren geben.
Iaçoit que la fortune m' ait raui tout ce que m' estoit plus cher, si est ce que ie ne perdray tout courage.

ETsi fortuna me orbauit iis rebus omnibus, quæ homini carissimæ sunt in vita: non faciam tamen, vt omnem planè spem abijciam.
Etsi fortuna mihi carissima quæque abstulit|eripuit| ademit: non tamen committam, vt ipse me planè deseram atque destituam|vt ab omni spe animum abducam| vt de meliore statu desperem | vt ad desperationem adducar|redigar.
Fortuna me non prorsus omni spe salutis orbauit.
Fortuna equidem aduersa premor: nec tamen nihil spero.
Licet exclusa spes omnis videatur esse melior rerum: aliqua tamen spe nitor|sustentor|fulcior.

Sie haben die hoffnung gantz verlohren.
Ils ont du tout perdu leur esperance.

Ex

EX alta spe deciderunt.

Ex magna spe deturbati|deiecti| detrusi| depulsi iacent.

Spem illam, quam susceperant, abiecerunt | deposuerunt.

Spe non tenentur|non aluntur, vt antea.

Non eos, quæ antea, spes tenet| pascit|alit|fouet.

Spes iam omnis abijt| discessit|euanuit.

Nulla prorsus iam spes est.

Firma se niti spe putabant ; ea quàm sit imbecilla nunc intelligunt.

Vide Sperare. Consolari. Dolere grauissimè. Durare.

DETRAHERE DE HONORE.

Du thust dein bestes/vmb böses von mir zu sagen.

Tu taches, le plus que tu peux, a me diffamer.

VEhementer studes meam famam detrimento afficere.

Vehementer studes de mea fama detrahere|meam famam lædere|obesse | nocere| officere meæ famæ.

Id agis, vt æternas mihi infamiæ notas inuras.

In id vnum incumbis, vt ijs meum nomen sordibus inquines|vt iis meum nomen maculis afficias |inspergas, quas nulla dies|nulla deinde res possit eluere|abstergere | delere.

Tuum consilium illud est|studium tuum illud est|id spectas, vt me in perpetuum infamem reddas | vt me in omne tempus | in omnes annos | in omnes meæ vitæ dies infamem reddas| vt me perpetua notes infamia|vt æternæ me infamiæ tradas| vt perpetuo male audiam |vt perpetuo in infamiam adducar| æterna vt infamia flagrem | laborem| vt in sordibus infamiæ nunquam non iaceam | vt perpetua verser in infamia.

Vide Dedecus æternum ſubire. Honorem lædere. Maledicta conijcere. Vituperare.

DETRIMENTVM LEVE.

Ich erfrewe mich/ das ich mit kleinem ſchaden erkant hab/ was du mir für ein hertz zutrageſt.

Ie ſuis bien aiſe, d'auoir cogneu à peu de perte l'affection que tu me portes.

LÆtor, quòd leui detrimento quo erga me animo ſis intellexi.

Lætor, quòd mercede nō ita magna | non admodum graui damno | ſatis exiguâ iacturâ tuū in me animum | tuum in me ſenſum | quomodo ſis erga me animatus | quo erga me ſenſu ſis | qui tuus in me ſit animus | qui tuus in me ſit ſenſus intellexi | perſpexi | cognoui.

DEVS BENIGNISSIMVS.

Die miltigkeit Gottes iſt vberauß groß.

La liberalité de Dieu eſt treſgrande.

AMpliſſima eſt diuina liberalitas.

Patet omnib. | latiſſimè patet | ampliſſimè patet | vbique locorum eſt | nuſquam non eſt diuina benignitas.

Cui non benignè fecit Deus?

Ecquis eſt, in quem Dei benignitas non extat?

Quis eſt qui diuinam benignitatem non ſenſerit | non expertus ſit | non re ipſa cognouerit | non perſpicuè viderit | non clariſſimè perſpexerit?

Gott hilfft denen/ welche jhre zuflucht zu jhm haben.

Dieu donne ſecours à ceux qui ont leur recours à luy.

SVbuenit Deus inuocantibus ſe.

Præſto eſt | adeſt | opem fert | opitulatur Deus implorantibus ſe | confugientibus ad ſe | egentibus.

Deus miſeros ſubleuat | deſperatione debilitatos cōfirmat | fulcit | ſuſtinet | laborantibus ſubſidio eſt.

Nemo diuinam opem fruſtra implorauit.

Eſt Deus tranquillitas in noſtris calamitatibus.

Naufragium timentibus portus eſt Deus.

Afflictos facilè diuina pietas excitat.

Perfugium habemus ad Deum in nostris calamitatibus.

DIÆTA VTI.

Mäßigkeit in essen vnd trincken ist allzeit nützlich.

La diete est tousiours profitable.

DIæta nunquam oberit.

Vtile erit diæta vti | viuendi regulam & modum seruare|in victu modo & lege quadam vti| victu frugi| salubri & moderato vti | certam quandam in victu rationem seruare.

Vtile erit abstinere cibis noxijs|minimè salubribus| non idoneis|non vtilibus|qui obsint | qui minime prosint|qui haud in rem sint.

Vide Sobrius.

DIES PRÆFIXA.

Wir sollen auff bestimpten tag auß dem Land reysen.

Nous nous partirons de la prouince au iour assigné.

AD constitutam diem de prouincia decedemus.

Ad præstitutam|ad præfixam| præscriptam | pactam diem de prouincia decedemus.

Ea, qua constitutum est die proficiscemur.

Eâ, quæ conuenit inter nos, die in viam nos dabimus.

DIFFERRE siue DISCREPARE.

Differentia.

Es ist ein grosser vnderscheid zwischen meinen vnd eweren sachen.

Il y a grande diuersité entre mes affaires & les tiens.

MVltum inter res nostras interest.

Meæ rationes admodum à tuis differunt | discrepant|distant|dissentiunt.

Dissimilima | diuersa in primis rerum nostrarum ratio est.

Non idem est mearum ac tuarum rerum status.

Meæ rationes aliter | dissimiliter | diuersa quadam ratione |diuerse|prorsus alio modo ac tuæ se habent.

Du bist deinem Vatter nicht gleich.
Tu ne ressembles nullement à ton pere.

PAtris tui dissimilis es. Patrem non refers, Patrem non imitaris.
Parentis tui consuetudo in te desideratur.
Parenti tuo dissimilem te præbes.
Tua ratio à patris tui ratione longè distat.
A patris consuetudine longe discedis.
Non agnoscitur in te pater tuus.

Mein sachen sein nun anders geschaffen.
Mes affaires sont maintenant en autre estat.

ALius est rerum status.
Res meæ alio loco sunt | non eodem loco sunt | non eodem loci sunt.
Alia nunc | diuersa | non eadem | immutata mea ratio est | rerum mearum ratio est.
Nihil simile habet res mea.
Nihil habet res mea similitudinis.
Quid simile | quid non dissimile habent res meæ.
Aliter se habent res meæ. Nulla similitudo.
Dissimilitudo magna. Diuersa omnia.
Dissimilia prorsus omnia. Omnia prorsus alia.

DIFFERRE seu PROCRASTINARE.

Das thust u vmb die sachen zuuerlengern.
Tu fais cela pour delayer l' affaire

ID agis vt rem extrahas.
Id agis, vt rem protrahas | ducas | producas | differas | proferas | proroges | protendas | in aliud tempus reijcias | protrudas.
Id agis, vt rem suspendas | sustineas | vt rei moram facias | inijcias | vt rei exitum moreris.

Sehe / daß man mir diese sach nit verlengere.
Prens bien garde, que l' on ne me donne plus long terme en cest affaire.

VIde, ne quid mihi ad hoc negotium temporis accedat.
Vide, ne qua mihi ad hoc negotium fiat accessio temporis | ne res longius ducatur, aut in aliud tẽpus reseruetur |

feruetur | ne ſit diuturnior hæc adminiſtratio | ne fiat longior adminiſtratio | ne ducatur longius.

Caue in hoc negotio | vide in hoc munere | in hac adminiſtratione, ne quid mihi temporis prorogetur | ne tempus prorogetur | protrahatur | extrahatur | protendatur | fiat longius.

Ich kan nicht lenger warten.
Ie ne puis plus long temps attendre.

MOrari diutius non poſſum.

Moram facere | moram interponere | procraſtinare | differre | diem ducere | diem de die trahere | referre me in aliud tempus | rem extrahere diutius nō poſſum.

Die ſach iſt auffgeſchoben biß in Januarium.
L'affaire est differe iusqu' au mois de ianuier.

IN Ianuarium dilata res eſt.

In Ianuarium reiecta | producta | prolata | prorogata | protracta | protruſa res eſt.

Vide Expedire.

DIFFICILIS RES.

Es iſt ein ſchwere ſach.

C'eſt vne choſe bien difficile.

DIfficilis res eſt.

Laborioſa | grauiſſima | minimè facilis | non facillima | operoſa res eſt.

Res hæc difficultatis | negotij | laboris habet plurimum.

Non ea res eſt, quæ facile | paruo negotio | leui labore | non magno ſtudio poſſit effici.

Res eſt | res hæc eſt | res ea eſt magnæ difficultatis | multi laboris | non parui negotij | non operis exigui | in qua ſudandum ſit | in qua ſuſtinendi labores ſint | in qua ſit multum operæ ponendum | in qua vigilandum | excubandum animo ſit | in qua non leuiter ſit laborandum | in qua ſtudij multum | induſtriæ plurimum ſit adhibendum.

Vide

Vide Facinus arduum conari. Operoſa res. Seria res.

DIGNITATEM ANTE OMNIA ſpectare.

Ich vermahne dich zum erſten/ daß du vor allen dingen sorgeſt für deine ehr.

Ie t'admoneſte en premier lieu, d'auoir ſoing ſur toutes choſes de ton honneur.

HOc primum te moneo, vt ante omnia dignitatis rationem habeas.

Hoc primum de moneo, vt referas omnia ad dignitatem | vt propoſitum decus tibi ſit | vt ante omnia dignitati ſeruias | dignitatem ſpectes | dignitatem ſequaris | vt nihil cogites à dignitate ſeiunctum | vt nihil alienum à dignitate cogites | vt nihil non cum dignitate coniunctum cogites | vt tuorum conſiliorum finis honor ſit | vt tuarum actionum terminus | ſcopus honor ſit | vt prima tibi ſit | præcipua | antiquiſſima dignitatis cura.

Du haſt nichts gethan/ dann was zu deinem lob vnd ehren gereicht.

Tu n'as rien faict, qui ne redonde grandement à ton honneur & loüange.

NIhil feciſti, niſi pleniſſimum ampliſſimæ dignitatis.

Omnia tua facta cum dignitate vehementer conſentiunt.

In omnibus rebus maximè dignitatem ſpectaſti.

In omnibus tuis factis propoſita tibi dignitas fuit.

Omnia tua facta ad dignitatem retuliſti

Quæcunque egiſti, ad dignitatem omnia ſpectarunt.

Scopus tibi ac finis in omni re dignitas fuit.

Tuarum actionum norma quædam & regula dignitas fuit.

Tua ſunt eiuſmodi facta, vt eximiis ornanda præconiis | vt diuinis decoranda laudibus | vt tollenda ad aſtra | vt ad cælum efferenda videantur.

Tuis

Tuis omnibus factis æterna gloria, immortalitatisque præmia debentur.

Gloria primum ſemper apud te locum obtinuit.

Gloria tibi ſemper prima fuit | antiquiſſima fuit | maximi fuit.

Gloria tibi ante omnia perpetuò fuit | ſummo loco ſemper fuit.

In allen ſachen will ich achtung nehmen auff deine ehr.

En toutes choſes ie reſpecteray ton honneur.

MAgnam omnibus in rebus tuæ dignitatis rationem habebo.

Semper mihi tua dignitas ante oculos erit | propoſita erit | erit antiquiſſima.

Semper meæ cogitationes tuam laudem ſpectabunt.

Animus meus in honore tuo fixus erit ac locatus.

In omni re quid honor tuus poſtulet | requirat | ferat attendam.

DIGNITATEM SERVARE INcolumem.

Ich frage nichts nach meinen gütern / wenn ich nur meine ehr vnverletzt halte.

Ie ne me ſoucie nullement de la perte de mes biens, pourueuque mon honneur ne ſoit intereſſe.

DIuitias, diuitiarumque iacturam nihil facio, liceat modo dignitatem tueri.

Adimi | detrahi de fortuna | fortunam comminui | fortunarum iacturam fieri | fortunæ detrimenta fieri non recuſo | nihili duco | in minimis pono, ſit modò dignitas incolumis | liceat modo incolumem ſeruare dignitatē | modo permaneat dignitas in eodē ſtatu | modò ne cogar de ſtatu meæ dignitatis demigrare | modo ſit eadem dignitas | modo ne mutetur | ne diminuatur | ne lædatur dignitas mea | modo ne qua iniuria | ne quo damno | ne quo detrimento afficiatur dignitas mea | modo ne damni quid faciat | ne quid iacturæ faciat dignitas mea | modo ne quam iacturam ſubeat | ſuſtineat | ferat |

ferat|patiatur dignitas mea | modò ne de dignitate detrahatur|adimatur|imminuatur.

Ich will deine ehr verthedigen/wie ich dir verheissen hab.
Ie defendray ton honneur, comme ie t'ay promis.

QVod pollicitus ſum, id re præſtabo, vt honorem tuum defendam.

Quod pollicitus ſum, id re præſtabo, vt tuear honorem tuum | vt honorem tuum defendendum tuendumque ſuſcipiam | vt honoris tui defenſionem | contentionem | certamen ſuſcipiam | vt pro honore tuo pugnem | contendam | certem.

Ich will machen/daß Frantz sol fleiß antwenden/vmb deine ehr zu verthedigen.
Ie feray que François employera toutes ses forces pour la defence de ton honneur.

DAbo operam vt Franciſci animum ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducam|conuertam.

Dabo operam vt Franciſcus omnia ſua ſtudia tuam ad dignitatem conferat | ſuam omnem operam tua in dignitate figat| locet| ſtatuat | ponat | induſtriam omnem ſuam tuæ dignitati dicet| dicatam velit | aſſignet| dedat.

DIGNITATEM VIOLARE.

Ich bin sehr trawrig/daß ich dich alſo ſehen vervnehren.
Ie suis fort dolent de te voir ainsi deshonoré.

VIolari tuam dignitatem vehementer doleo.

Dignitatem tuam offendi|minui|lædi|oppugnari| damno affici | iniurias pati vehementer doleo.

Detrahi de tua dignitate|minui| adimi| auferri moleſtiſſimè fero.

Iacturam fieri tuæ dignitatis iniquè patior.

Er hat zu hefftig gegen deine ehr geredt.
Il a parlé trop aigrement contra ton honneur.

Acer-

ACerba nimis aduerſus tuam dignitatem eius oratio fuit.
Grauiſſimè tuam dignitatem oppugnauit.
Inhoneſtè admodum de te locutus eſt.
Locutus eſt in te ſic, vt acerbius aut inhoneſtius non potuerit.

Vide Detrahere de honore. Honorem lædere.

DIGNITATIS AVCTOR SEV principium.

Ich hab nu gelegt das fundament meiner ehren.
I'ay aſſu les fondemens de ma bonne renommée.

IEci fundamenta dignitatis meæ.
Ingreſſus in laudem ſum.

Du biſt meiner ehren ein vrſach geweſen.
Tu as eſté l'origine de mon honneur.

TV meæ laudis origo|fons|principium fuiſti.
A te primum fluxit honor meus.
Ortus eſt|manauit|natus eſt|extitit|profectus eſt à te primum honor meus.
Tu mihi ad primos, quos conſecutus ſum, honorum gradus aditum patefeciſti.
Indignitati meæ præfuiſti.

Vide Famam aliquam conſequi.

DILIGENTIAM EXIGVAM ponere.

Ich wölte wol das du fleiſſiger wereſt im ſchreiben.
Ie deſireroy que tu fuſſes plus diligent a eſcrire.

VElim te plus diligentiæ in ſcribendo ponere.
Velim te plus operæ | curæ | induſtriæ | ſtudij in ſcribendo locare|collocare|conſumere.
Plus diligentiæ ad ſcribendum conferri à te velim.
Operam nauari ſtudio maiore in ſcribendo expeterem.
Tuis in ſcriptis diligentiam deſidero | requiro| maiorem poſtulo,

Du bist nicht fleissig im schreiben.
Tu n'es pas diligent à escrire.

NOn scribis diligenter.
Non scribis accuratè | studiosè.
Non scribis eâ qua opus est diligentia.
Non scribis eà quam res postulat diligentia.
Scribis minus quàm oporteat diligenter.
Impiger in scribendo non admodum es.

Vide Ignauus.

DILIGENTISSIMVS OMNIVM.

Er war in allen sachen vber alle andere sehr fleissig.
Il estoit en toutes choses sur tout les autres tres-diligent.

ERat in omni genere officij maximè omnium diligens.
Erat omnis officij diligentissimus.
Vincebat| superabat| anteibat| antecedebat omnes diligentiâ.
Sedulitate omnes excellebat.
Sedulitate inter omnes excellebat.
Diligentia præstabat|antecellebat omnibus.
Par | æqualis| similis illi| cum illo comparandus| æquandus | conferendus | componendus in diligentia nemo fuit.

DILVCVLO SVRGERE.

Ich bin in der morgen öd auffg. standen.
Ie me suis leue en point du iour.

SVrrexi diluculo.
Surrexi primo diluculo| sub galli cantum | matututino crepusculo | ineunte die | sub ortum solis| in ortu solis|oriente sole|cum lucere| lucescere| illucescere inciperet.

Ich bin sehr frühe erwachet.
Ie me suis esueillé de bon matin.

EXpergefactus sum prima luce.
Experrectus sum summo manè| bene manè| primo manè.

Exper-

Expergefecit me galli cantus.

DILVCVLVM.

Es fengt an zu tagen.
Il commence à faire iour.

LVcescit. Sol exoritur. Albescit dies. Dies appetit. Dies aduentat| adest.
Crepusculum matutinum adest.
Tenebras fugat lux. Nocti succedit dies.
Noctem subsequitur dies.
Abeunte nocte dies aduenit.
Abeunte nocte lux apparet.

DIMITTERE ALIQVEM.

Es ist zeit daß ich dich geben lasse.
Il est temps que ie t'en laisse aller.

TEmpus est, vt te demittam.
Tempus est, vt tibi facultatem eundi | abeundi dem |vt tibi eundi potestatem|copiam faciam| vt te sinam abire.

DISCEDERE LIBENTER à patria.

Metellus ist gutwillig auß seinem land gezogen/ vnnd mit frölichem hertzen darauß bliben.
Metellus s'est departi fort volontiers de son pais, & absenté d'iceluy d'vn cœur alaigre.

SVmma voluntate Metellus patria cessit, egregiaque animi alacritate abfuit.
Discessum è patria æquissimo animo tulit Metellus, & abfuit nullo dolore.
Metelli animus, cum à patria discessit, æquissimus; dum abfuit, lætissimus fuit|erectus fuit|alacer fuit|minimè demissus aut deiectus fuit.
Æquo animo Metellus migrauit ex patria | migrauit de patria, demigrauit ex patria, patrium solum vertit|mutauit patrium solum.

DISCEDERE VELLE.

Ich hab im sinn zuverreysen.
Ie pense de me departir d'ici.

Mihi est in animo discedere.
Mihi est in animo digredi| locum mutare | abire| proficisci.
De discessu cogito.
Discessum cogito|specto|in animo habeo | meditor. Animus est in discessu.

DISCERE.

Die erfahrung bringt vns zu wissenschafft vieler ding.
L'experience nous mene a la cognoissance de beaucoup de choses.

AD scientiam multarum rerum experientia duce peruenimus.
Erudimur valde|instruimur|expolimur| ex ignorantiæ tenebris educimur vsu, atque experientiæ beneficio.
Multarum rerum scientiam consequimur experientiam secuti| experientia docti | experientia magistra.
Multa discuntur|percipiuntur ab experientia.
Multarum rerum scientia|cognitio| multarum intelligentia|doctrina capitur|sumitur|hauritur ab experiẽtia & vsu.
Multa cognoscuntur experientia duce.
Multarum rerum magister est vsus.
Multa docet|ostendit| patefacit experientia.
Viam aperit vsus ad multarum rerum scientiam.

Vide Discipulus Docere.

DISCIPVLVS.

Demosthenes ist Platonis Discipul gewesen.
Demosthene a esté disciple de Platon.

DEmosthenes fuit Platonis discipulus.
Demosthenes sub Platonis disciplina fuit | Platone

tone vſus eſt magiſtro|præceptore | Platonem habuit Præceptorem|à Platone eruditus fuit|excultus doctrina fuit|a Platone didicit|doctrinam hauſit| literis imbutus fuit | Platonis inter diſcipulos fuit| Platonis gymnaſium frequentauit|tiruit|Platonis præceptis imbutus eſt Platonem audiuit | Platonis auditor fuit|apud Platonem litteris operam dedit.

Vide Imitari.

DISPVTARE. DISPVTATIO.

Wie muß man dieſe frag aufflöſen?
Comment faut il resoudre ceste question?

QVo pacto ſoluitur hæc quæſtio?
Quo pacto perſoluitur hæc quæſtio?
Quæ eſt huius quæſtionis ſolutio?
Quæ dubitationis huius enodatio eſſe poteſt?
Quanam ratione enodabitur hoc, de quo quæritur| ambigitur|dubitatur|contenditur | de quo diſſeritur| diſputatur, diſceptatur, de quo lis eſt| quod in dubium vocatur| quod in controuerſiam adducitur?
Quomodo explicari poterit id, de quo eſt contentio| de quo eſt controuerſia|quod in medio eſt?

Vide Contendere.

DISSENSIO CIVILIS PERNICIOſa Reipub.

Die Burgerliche Kriege haben viel gemeinden / die ſonſt florierten/in verderben bracht.
La guerres ciuiles ont ruiné plusieurs floriſſantes republiques.

MVltas Reſpublicas opibus admodum florentes perdiderunt ciuiles diſcordiæ.
Multas Reſpublicas opibus admodum florentes euerterunt|ſolo æquarunt, diruerunt, exciderunt| afflixerunt| ſuſtulerunt domeſticæ ſeditiones | inteſtina bella|controuerſiæ inter ciues | ciuium diſſenſiones | partium contentiones.

E ciuilibus discordijs|contentionibus|controuersiis multarum Rerumpubl pernices fluxit|manauit|orta est.

Multis vrbibus perniciem|exitium|pestem|excidium|ruinam|interitum attulerunt|exitio fuerunt ciuiles seditiones.

DISSENTIRE OPINIONE.

Wir seind verscheidener meinungen aber desto weniger sein wir eines willens.

Nous sommes differens d' opinion, neant moins d' vne mesme volonté.

OPinione dissentimus, non voluntate.

Non idem sensus est, eadem tamen voluntas.

Diuersa sentimus, eadem tamen volumus.

Opinionum est inter nos dissimilitudo, non animorum.

Animorum consensus inter nos est, opinionum dissensio.

Wiewol das wir verscheidene meinungen haben/ desto weniger nit lieben wir doch einander.

Iaçoit qu' il y a entre nous diuersité d' opinion, neant moins nous nous aimons l' vn l' autre.

NOstræ sententiæ non congruunt, cùm animi tamen nostri in amore consentiant.

Discrepant sententiæ nostræ, cùm tamen æquè inter nos amemus|cum mutuus inter nos amor sit.

Non idem iudicium inter nos est, eadem tamen beneuolentia.

Ich befinde deine meinung nicht gut.

Ie n' approuue pas ton opinion.

NOn tecum sentio.

Non quod tibi, mihi idem videtur|placet|probatur.

Opinionum dissensione discrepamus.

Non idem|aliter|diuerse|varie sentimus.

Du kanst mit ehren kein verscheidene meinung wieder deinen Vatter haben.

Tu

Tu ne peux auec honneur eſtre en diſcord d'opinion auec ton pere.

HOneſtè à parente tuo diſſentire non potes.
Turpe tibi eſt à parente diſſentire.
Non potes à patre ſine infamia| ſine dedecore|ſine graui culpa|ſine turpi nota diſſentire.

Vide Conſentire.

DISSIPARE REM SVAM.

Du machſt dein gut zuſchanden.

Tu prodigues ton bien.

REm tuam conſumis.
Rem tuam perdis|diſperdis|malè perdis|diſſipas|in res inutiles|inanes|leues erogas.
Rem partam | quæſitam | comparatam | congeſtam ſummis laboribus maiorum tuorum | rem quam maiorum tuorum ſumma collegit induſtria, inaniter|inutiliter conſumis.

Es wird dir ein groſſe ſchand ſein/wenn du dein gut vnnützlich vmbringeſt.
Tu ſeras d[illegible] ſi tu diſſipes ton bien en choſes vaines.

SI rem tuam malè diſſipaueris, dedecori tibi erit.
Rem tuam in res inanes ſi conieceris, infamiæ tibi erit| ignominia |turpe tibi erit|infamia conſequetur.

Dein gut wird ſehr beſchädigt.
L'on endommage tes biens.

FOrtunæ tuæ damnis afficiuntur.
Res familiaris tua minuitur| deficit | accipit iniuriam.
Detrahitur de tuis fortunis.
Iniurioſe tractantur fortunæ tuæ.
Damna inferuntur fortunis tuis.
Inuaduntur fortunæ tuæ.
Irruitur|impetus fit in fortunas tuas.
Vide Minuere. Diuitias honeſtè quærere.

DISSOLVERE CONIVNCTIONEM.

[illegible]

[illegible] rompre toute amitié.

COniunctionem dirimere solet dissensio.

Coniunctionem discindere| dissuere| disiungere solet dissensio.

Ius omne coniunctionis tollere| delere| extinguere dissensio potest.

Vide Inimicus.

DIVERSA VITÆ INSTITVTA.

Ich hab ein ander brauch das Land zu regieren dann er.

I'vse d'vn' autre façon de faire que luy, au gouuernement de la prouince.

DIssentimus in regenda prouincia.

In regenda prouincia diuersa est vtriusque ratio| diuersa sunt vtriusq; instituta| [illegible] ab illius institutis mea consuetudo| aliud ille spectat, aliud ego sequor| institutorum nostrorum dissimilis | diuersa ratio est.

Vnser beider leben ist nicht gleich.

Nous ne viuons pas tous deux d'vne mesme façon.

NOn idem est vtriusque viuendi ritus.

Dissimilis est vtriusque vitæ cursus.

DIVES. DIVITIÆ.

Du bist sehr reich.

Tu es fort riche.

DIuitiis afluis. Diuitiis circumfluis.

Maximis es diuitiis.

Maximas diuitias habes| possides| obtines.

Magnæ| ingentes| luculentæ | grandes tibi diuitiæ sunt.

Amplas & copiosas opes possides.

Maximæ tibi sunt facultates| opes| copiæ.

Omni copiarum genere abundas.

Diues multarum opum es.

Affluentes copiæ tibi sunt.

Die

Die Kauffleut von Lyon seind vber alle maß reich.
Les marchans de Lyon sont riches a merueilles.

REm possident copiosam in primis mercatores Lugdunenses.

Mercatores Lugdunenses rem possident bene magnam|amplissimam|vberrimam|diuitias tenent summas|abundant re|copiis|diuitiis|opibus|diuites oppido sunt|locupletes|opulēti|copiosi|sunt a re parati|instructi|firmi|sunt bene nummati|sunt bene pecuniati|ampla re|prolixa &c. vtuntur.

Ampla prolixa copiosa|minime angusta|bene multa res est mercatoribus Lugdunensibus.

Die Parisianer seind reich vnd mächtig.
Les Parisiens sont riches & puissans.

PArisienses opibus & potentia valent.

Parisienses opibus & potentia vigent|pollent|præstant|excellunt.

Parisienses neque diuitias, neque opes desiderant.

Ich achte es nit wie lange zeit du auß seyest / wenn du nur reicher wider kompst.
Il ne m'en chaut apres combien de temps tu retournes, pourueu que tu reuiennes plus riche.

SErius potius ad nos redi, dum opulentior redeas.

Serius potius ad nos redi, dum plenior|instructior|copiosior|ditior, locupletior a re firmior|à diuitiis instructior|ab opibus paratior redeas, reuertaris.

Du hast nicht weniger reichthumb als tugend.
Tu n'as pas moins de richesses, que de vertu.

TV diuitiis æquè ac virtute abundas.

Magnam en tibi bonorum copiam fortuna elargita, non minor autem est animi bonorum, eorum quæ animi bona dicuntur.

Multa in te fortunæ, & eximia item animi bona affluunt|sita sunt.

Et fortunæ muneribus, & animi opibus egregiè ornatus es.

In te augendo fortuna ipsa cum virtute certare videtur|fortuna ipsa a virtute vinci non patitur.

Maximum in te fortunæ cum virtute certamen est.

Vide Felix. Satis diues.

DIVITIARVM INSTABILIS possessio.

Das gut der fortun kan vns leichtlich entwend werden.

Les biens de fortune nous peuuent facilement estre ostez.

QVæ nobis fortuna largitur, detrahi facilè possunt.

Quæ nobis fortuna largitur, eripi|adimi|auferri|mutari facilè possunt.

Admodum incerta|instabilis|dubia|infirma diuitiarum possessio est.

Vsum diuitiarum nemo sibi certum ac perpetuum potest promittere.

Quis præstare possit diuturnam fore diuitiarum possessionem?

Vide Frui. Fortunæ varietas propria.

DIVITIAS HONESTE quærere.

Dein Vatter hat das gut / welchs du besitzest / ehrlich versamblet. Aber du verthust es schändtlich.

Ton pere a amassé le bien, que tu possedes, par moyens honnestes: mais tu le prodigues meschamment.

PAter tuus opes laudabiliter collegit: at tu malis artibus eas disperdis.

Pater tuus diuitias|rem tuam|ea quæ tu possides|quæ tibi reliquit bona honestis rationibus|bonis artibus|honeste quæsiuit|comparauit|congessit: at tu malis artibus|improbis rationibus|at tu inhoneste|turpiter|per nequitiam, per luxum ac libidinem patrimonium exhauris|dissipas|consumis|perdis|malè perdis.

DIVITIAS OMNI STVDIO quærere.

Du bist vber nichts anders auß, dann dich reich zu machen.
Tu ne tends à autre chose, qu' à t' enrichir.

IN re familiari augenda totus es.

Præter diuitias nihil spectas.

Totus in diuitias incumbis.

Tuum omne studium in quærendis opibus consumis|locas|constituis.

Id vnum agis, vt diuitias tibi pares|compares|colligas|congeras.

Eo tantum spectas, vt opes quæras|habeas|possideas.

Eò tuum studium dirigis, vt opibus abundes|affluas.

Eò studium tuum confers, vt diuitiæ tibi redundent.

Tuum consilium illud est, vt diuitiæ tibi ad sint maximæ.

Tua planè singularis cogitatio est, vt diuitiæ tuam in domum frequentes confluant|vt diues sis|vt copiosus|locuples|plenus|bene nummatus.

Nihil tibi potius est, quàm vt sis multarum possessionum præsidio munitus|vt sis instructus|paratus|minime inops a re familiari|à re domestica|a diuitijs|ab opibus|a copijs|a fortunis|vt abundes|vt cumulatè possideas|vt vberrima sint omnia|vt omnium rerum vbertate floreas|vt fortunæ tibi sint amplissimæ.

Vide, Auaritia. Lucrari.

DOCERE.

Ich wolte das dein sohn gelehrt würde in aller wissenschaft. darin du wolerfahren bist.
Je voudroy que ton fils fust instruict es mesmes sciences esquelles tu es excellent.

VElim ijsdem studijs, quibus ipse excellis, imbuatur filius tuus.

Filium tuum imitatione tui velim erudias.

Eat filius tuus ijsdem itineribus, quibus ipse ad summam scientiæ gloriam peruenisti.

Vide, Discere. Cogitare perpetuò.

DOCTVS. DOCTRINA.

Es ist auß der massen sehr gelehrt.

Il est fort sçauant.

MVltæ sunt in eo literæ, & eæ quidem reconditæ & exquisitæ.

Est omni liberali doctrina politissimus.

Omnibus ijs artibus, quæ liberales vocantur, instructus est.

Rerum omnium scientiam assecutus est.

Vide Doctus Medicus. Indoctus. Scientiam callere.

DOCTVS GRÆCE ET LATINE.

Du bist im Griechischen so wol gelehrt, alß im Latein.

Tu es bien verse tant es lettres Grecques que Latines.

GRæcis latinisque literis eruditus es.

Græcam Latinamque linguam apprimè calles.

Præclare tenes, & quæ à Græcis, & quæ à nostris prodita sunt.

Vnus optimè nosti non nostra solùm, sed etiam Græciæ monumenta omnia.

DOCTVS MEDICVS.

Er ist ein gelehrter Medicus.

C'est vne docte Medecin.

BEne doctus est medicâ scientiâ.

Eruditus est medendi arte.

Instructus est medicis literis.

Sciens|peritus|intelligens|gnarus imprimis est medicinæ.

Longè processit in medicinæ scientia.

Nouit penitus medicinam.

Medicinam tenet|possidet|callet.

Medicinæ scientiam ita est assecutus, vt pauci.

Medi-

Medicinæ ſcientiâ valet|floret|præſtat|excellit.

Medicinæ doctrinâ|ſcientia|peritiâ|medicinæ cognitione|intelligentia|eruditione cum paucis conferendus eſt|eſt nemine inferior.

Nota ei præclarè medicina eſt.

Patent ei, quæ multos latent ex medica ſcientia|ex medendi arte.

Multum hauſit ex ijs libris, vnde manat medicinæ cognitio.

Medicinæ ſcientiam planè complexus eſt|mente atque animo comprehendit|ingenio ſibi aperuit|comparauit|peperit.

DOLERE. DOLOR.

Henrich iſt gar trawrig geweſen vmb Caroli abſterbens willen.

Henry a mené grand dueil pour le treſpas de Charles.

DOloris plurimum Henricus hauſit ex morte Caroli.

Henricus ex morte|ex obitu|ex interitu Caroli doloris plurimum accepit|cepit|tulit|grauiter affectus eſt|magna ſollicitudine affectus|vexatus|oppreſſus eſt|ita doluit, vt nemo magis|tam doluit, quàm qui maxime.

Henricus obitum Caroli tulit acerbiſſime|ſic tulit, vt iucunditatem omnem penitus amiſerit.

Henrico obitus Caroli ſummum attulit dolorem|ſummum mœrorem dedit|peperit.

Summam Henricus ſenſit acerbitatem|moleſtiam|ægritudinem extincto Carolo.

Dein Brieff hat mich ſehr betrübet.

Tes lettres m'ont cauſé vne grand douleur.

MAgno me dolore affecerunt literæ tuæ.

Magnum mihi dolorem|grauem ſollicitudinem|acerbitatis multum attulit|peperit epiſtola tua.

Tuæ me literæ valde perturbarunt|afflixerunt|commouerunt.

Acerbè ſum affectus literis tuis.

Molestiæ plurimum | doloris | ſolicitudinis | acerbitatis cepi | accepi | ſuſcepi | tuli | contraxi | hauſi ex literis tuis.

Legi magno cum dolore | legi moleſtiſſimè literas tuas.

Dar iſt etwas daß mich quelt.
Il y a quelque choſe qui me fache.

ALiquid me mordet. Aliquid me pungit | afficit.

Eſt quiddam quod moleſtius feram | quod ſubmoleſte feram | in quo nonnihil offendor.

Deine kranckheit macht mich ſehr vrdrüſſig.
Ta malaadie me donne grand ennuy.

TVus me morbus valde ſolicitat.

Tuus me morbus ſolicitum habet | graui afficit ſolicitudine | grauiter angit | affligit | acerbe vexat | in magnam ſolicitudinem adducit | grauiter commouet | mouet | maximè perturbat.

Moleſtiſſimus mihi tuus morbus eſt.

Valde grauis | vehementer acerbus | amarus in primis | ſummæ moleſtiæ | incredibilis ſolicitudinis | immenſæ acerbitatis | maximæ curæ | ingentis doloris | admirabilis angoris mihi tuus morbus eſt.

Summam ex tuo morbo moleſtiam capio | ſuſcipio | traho | haurio | ſumo.

Vide Conſolari.

DOLERE ALTERIVS CAVSA.

Ich bin gar trawrig vmb deinet wil
Ie ſuis triſte pour l'amour de toy.

TVa cauſa doleo.

Dolor meus à te eſt | prouenit | proficiſcitur | manat | fluit.

Tu paris dolorem meum. Tua cauſa fit vt doleam.

DOLERE DOLORIBVS alterius.

Ich bin ſo trawrig als du.
Ie ne ſuis pas moins dolent que toy.

AEquè ac tu doleo. Doleo dolorem tuum.
Doleo tuo mœrore Socius ægritudinis tuæ sum.
Particeps sum mœroris tui.
De tuo dolore communico.
Par| communis|similimus |idem vtriusque dolor est.
Pariter ac tu|similiter ac tu|non aliter ac tu |non secus ac tu| itidem vt tu | nihilo leuius quam tu doleo| dolorem suscipio|capio|traho|haurio.
Tuæ me calamitates grauiter afficiunt.
Tua mihi nimis aduersa fortuna grauissima est.
Tua me torquent infortunia.
Tuis angor| excrucior| affligor| solicitor|vexor malis.
Miserrimum tuæ vitæ statum iniquissimè fero.
Ex tuis miserijs dolorem haurio acerbissimum.
Tuæ me miseriæ miserrimum faciunt.
Miser sum tua miseria.
Dolor meus ex tuo dolore pendet.
Tuis doloribus doleo. Tuis angoribus angor.
Dum in tuos dolores intueor, non dolere non possum.

DOLERE GRAVISSIME.

Ich groß beschwere betrübnussen.
Ie souffre vne douleur tresgrieue.

DOlorem sustineo grauem.
Dolorem acerbum patior.
Dolorem eiusmodi fero, qui ferri vix possit.
Dolorem incredibilem capio|suscipio|traho | haurio.
Grauissimo dolore angor|conficior| excrucior | torqueor|affligor|vexor|perturbor|frangor.
Acerbissimo dolore discrucior| duellor|disrumpor| perimor|interimor|exanimor|contabesco | opprimor| perdor.
Omnes mentis meæ partes dolor exagitat| diuexat| perturbat|afficit.
Concidit animus meus ictu doloris | vi curarum ac solicitudinis|cōcursu molestiarum labefactatus atque conuulsus.

Ita cecidit animus meus dolore perculſus, vt nulla res eum ad æquitatem poſſit extollere.

Iaceo in mœrore ac ſordibus. Curis maceror.

Ægritudine contabeſco.

Vehementiſſime ſolicitor. Acerbiſſime doleo.

Dolore angor incredibili.

Angor intimis ſenſibus. Me conficit cura.

Me dolor exanimat.

Ægritudine animi ita laboro, vt ſanari vix poſſim, vel potius plane non poſſim| vt ſpem ſalutis amiſerim| vt ſalutem deſperem| vt de ſalute deſperem| vt ſpes ſalutis nulla omninò ſuperſit.

Verſor in acerbiſſima ſolicitudine| ſummo dolore| graui cura| moleſtia| ægritudine| angore| mœrore.

Dolorem ſuſtineo quantum ferre vix poſſum, vel plane non poſſum| quantum ferre vix aut ne vix quidem poſſum.

Ita fluctibus curarum iactor, vt à portu prorſus excludar| longe dimouear| amouear| ſubmouear| arcear.

Ita doleo, vt nemo magis| vt nemini concedam.

Triſtis valde ſum. Animi dolore torqueor.

Hilaritas à me omnis abeſt.

Mœror ſummus ad me venit.

Mœrore premor grauiſſimo.

Verſor in mœrore ac ſordibus.

Dedi me totum mœrori.

Triſtitiæ me totum tradidi.

Iacet animus meus mœrore oppreſſus.

Nihil me triſtius.

Mœrore laceror| vrgeor| affligor| conficior.

Mœror meus non is eſt, quem vlla ratio mitigare| lenire| mollire| ſanare| minuere| auferre| demere| eripere| conſolari| leuare| abſtergere| exhaurire poſſit.

Dolore conſumor. Me dolor interimit| perdit.

Mihi dolor vitæ finem facit.

Die elendigkeit des Landes betrübet niemand mehr als mich.

Il n' y a personne qui se contriste plus pour les miseres du pais, que moy.

NEmini concedo, qui maiorem ex pernicie & peste patriæ molestiam traxerit.

Tam doleo patriæ interitu| exitio, quàm qui maximè.

Sic angor| torqueor| sic crucior| afficior pernicie patriæ, vt nemo vnquam ex illa, aut vlla omnino calamitate plus hauserit acerbitatis, grauius doluerit| maiorem dolorem ceperit | maiorem in solicitudinem inciderit| deuenerit| adductus sit.

DOLOR INTOLERABILIS.

Ich bin nicht so mächtig das ich die trawrigkeit kan vertragen.

Ie n' ay pas les forces pour endurer si grande douleur.

FErendo dolori non sum. Impar dolori sum.

Tantum doloris | acerbitatis | solicitudinis sustineo, quantum ferri vix possit.

Impares dolori vires meæ sunt.

Vires meæ dolore franguntur | vim doloris minimè sustinent| ad dolorem infirmæ sunt.

Roboris in me tantum non est, vt acerbitatem tam grauem queam perpeti.

Vide Dolere grauissimè.

DOLOREM RENOVARE.

Du hast meine trawrigkeit ernewert.

Tu as renouellé mes douleurs.

DOlorem meum refricuisti.

Sopitum excitasti dolorem meum.

Mœrorem meum, quem dies iam penè sanauerat, renouasti.

Meam illam animi ægritudinem, quæ iam propemodum temporis longinquitate euanuerat| extincta fuerat, redintegrasti.

DOMVS LAVTA.

Cicero hat gewohnet in einem herrlichen hauß.

Cicero estoit logé magnifiquement.

DOmo Cicero vtebatur cum primis lauta & perele-ganti.

Habitabat Cicero lautissimè & iucundissimè.

Hæ Ciceronis ædes erant in quibus neq; lautitiam, neque elegantiam desiderares.

Erat in Ciceronis ædibus lautitiæ multum atq; elegantiæ.

DORMIRE. DORMIRE NON posse.

Jch hab diese nacht nicht schlaffen können.
Ie ne suis peu endormir ceste nuict.

HAc nocte somnum capere non potui.

Hac nocte oculi mei somnum capere | conciliare| videre| inuenire|reperire non potuerunt.

Hac nocte oculi mei somno grauari |comprimi|obserari|claudi minimè potuerunt.

Vigilem|insomnem|somno vacuā|sine somno|somni expertem hanc noctem traduxi |transegi| duxi|peregi.

Nunquam somnum vidi hac nocte.

Non potui hac nocte soporari.

Somnus nullus hac nocte mihi ad oculos accessit.

Somnus hac nocte oculos meos effugit|aufugit ab oculis meis|nunquam se obtulit oculis meis|refugit ab oculis meis.

Hac nocte nunquam quieui|soporem nunquam gustaui|quies nunquam data est|insomnio laboraui |perpetua vigilia sum vexatus | somnū oculis non vidi meis.

Spatium noctis vniuersum peruigilaui.

Fuerunt omnes mihi noctis partes vacuæ somno|expertes somni|sine somno.

DVBITARE. DVBIVM.

Jch weiß keinen raht
Ie ne scay quel aduis ie prendray.

ANcipiti cura distrahor.

Ancipiti cura iactor|versor
Animi pendeo. Incertus animi sum.
Pendet animus.
Huc illuc inclinat animus|fluctuat|iactatur.
Animus incertus est.
Quid consilii capiam|vtram in partem me dem, ignoro.
Explicare consilium| expedire me ex hac deliberatione |exitum meæ cogitationis inuenire non possum.
Distrahunt me diuersa consilia.
In vtramq; partem ita multa succurrunt,vt sit difficilis admodum, minime expedita|minimè explicata|minimè explorata|minimè certa| perobscura | haud satis aperta deliberatio.
Anceps valde sum.Dubius sum.
Teneor implicatus Dubitatio me tenet.
Difficilis mihi deliberatio est.Varie distrahor.
Dubia cogitatione distrahor.
In ancipiti cura versor Nihil explico.
Explicare mihil queo Expedire me nequeo.
Valde hæreo Exitum non reperio.
Consilium capere nescio Consilium deest.
Inops consilij sum.Inops à consilio sum
Consilium diu frustra quæro.
Non dispicio | non dijudico , vtram in partem me dem.
Vtrum sit eligendum|vtrum sit rectius|vtrum sit conducibilius consilium non explico.
Exploratum|apertum|certum non habeo.
Lubricus mihi est ad deliberandum locus.
In vtramq; partem animus inclinat.
Animus in consilio labat|nutat|non consistit | nihil habet exploratî.
Non explicata | non explorata | impedita mihi est consilij ratio |mihi deliberandi ratio est.

Man weiß nicht, was der krieg für ein end haben wird.
On ne sçait quelle issue la guerre aura.

DVbium est, quis sit belli exitus futurus.
Dubitandum est|dubitari potest| in dubio est | est

cur dubitetur|dubitationem res habet|ambiguum est| in dubio versatur|in dubio sitũ est|in ambiguo|in ancipiti positum est | plane non constat | plane non patet| non liquet|apertum|perspicuum |dilucidum non est| dilucide non patet| certo diuinare non licet | certo cõijcere | augurari| affirmare non licet | certa coniectura non est|exploratum non est, quis sit belli exitus futurus.

De belli euentu potest ambigi.

In dubium vocari potest euentus belli.

In dubium venire potest belli exitus.

Belli exitus in dubitationem adduci potest.

In vtramque partem iudicari de belli exitu potest.

Anceps | ambiguus | dubius |incerta | difficilis admodum|obscura|quæ obscuritatis & erroris habet plurimum,de belli euentu diuinatio est.

De belli euentu coniectura est non aperta|non simplex|non perspicua.

De belli euentu parum certa opinio est.

Coniecturam facere de belli exitu cui licet?

Quid in bello causarum sit | vtram in partem inclinatura victoria, nemo dispicit| videt | intelligit|nouit.

Exitum belli certa ratio non ostendit | non promittit.

Vide Certiorem facere.

DVCEM SEQVI ALIQVEM.

Die gantze Statt Pariß folget dem Hertzogen von Guyse.
Toute la ville de Paris suiuoit le Duc de Guise.

VNiuersa ciuitas Parisiensis Ducem Guisium sequebatur.

vniuersa ciuitas Duci Guisio regendam se dederat.

Ad Guisij ductum applicauerant se | se contulerant| se adiunxerant vires omnis ciuitatis.

Lasse dich von keinem blinden leyten.
Ne te laisses point conduire d' vn aueugle.

Ne te

NE te sinas à cœco duci.
Ne te sinas à cœco perduci|deduci|trahi.
Ne tibi cœcus præeat|antecedat|iter ostendat|prægrediatur.
Ne cœcum sequare. Ne cœco comes eas.
Ne vtaris cœco duce|ductore|perductore.

Hette ich in meiner jugend einen guten Meister gehabt/ so hette ich nicht also geirret.

Si en mon bas aage i'eusse eu quelque bon maistre, ie n'eusse point failli si lourdement.

SI ducem|auctorem|moderatorem aliquem puer habuissem, non ita grauiter errassem.

Vide Imitari.

DVRARE.

So fern der Krieg noch lenger wehret / gehet vns Vatterland gantz verloren.

Si les guerres continuent plus long temps, tout nostre pais s'en ira à ruine.

HÆc si bella durabunt, actum est de salute patriæ.
Hæc si bella permanebunt|hæc si bella perpetua|diuturna|fixa erunt|si quo cœpere cursu,procedent bella|si longius producentur bella, periit vniuersum patriæ nostræ solum.
Nisi bellis finis imponatur|nisi bellis fiat finis|finis afferatur|nisi bella finiantur|terminentur|ad exitum perducantur, desperata omnis patriæ salus est|suam salutem patria nostra desiderabit.

Vide Differre, seu Procrastinare.

DVX PRÆSTANTISSIMVS.

Cæsar ist ein herrlicher Capiteln gewest.

Cæsar a esté vn excellent Capitaine.

DVx Cæsar fuit, quo præstantior haberi nemo possit.
Cæsar præfuit exercitibus eximia cum laude.

Im-

Imperator|rector exercituum|ductor copiarum fuit Cæſar nemini ſecundus.

Copias duxit Cæſar admirabili rerum bellicarum ſcientiâ.

Cæſar geſſit bella ſuo ductu, ea virtute ac vigilantiâ, non modo vt ſuperiorem, ſed nec omninò parem quẽdam habuerit.

DYNATON.

Ich meine nicht das man daß thun kan.
Ie ne penſe pas que cela ſe puiſſe faire.

NOn puto hoc poſſe fieri.

Non puto hoc poſſe eſſe| euenire|præſtari|effici| ad exitum deduci.

So ferr dich dünckt zu volbringen/ was du vor haſt/ so rahte ich dir daß du es anfangeſt.
S'il te ſemble que tu puiſſes venir à chef de ce que tu penſes, ie ſuis d'aduis que tu l'entreprennes.

SI videris id quod cogitas poſſe conſequi, illud meo conſilio ſuſcipies.

Si tibi res facultatem videtur habitura, vt id quod cogitas conſequi poſſis | ſi putas poſſe fieri quod cogitas | ſi euentum ſperas cum animo tuo congruentem | ſi euentum ſperas non alienum | non abhorrentem à voluntate tua, illud meo conſilio ſuſcipies.

E.

EBRIVS.

Er iſt druncken. *Il eſt yure.*

EBrius eſt.

Temulentus| inebriatus|vinolentus eſt.

Eſt vino confectus|languidus|obrutus|merſus| madens| ſepultus.

EGERE.

Ich darff deiner ermahnung nicht.
Ie n'ay que faire de tes enſeignemens.

Non

NOn egeo tuis præceptis.

Non indigeo tuis admonitionibus| consilijs.

Tuis mihi monitis nequaquam opus est.

Tuis carere monitis facilè possum.

Superuacanea| parum vtilia| nullius emolumenti| minimè necessaria sunt mihi tua præcepta.

Tua monita apud me locum non habent.

Non requiruntur|non desiderantur|non exiguntur| non expectantur à me tua præcepta.

Vide Pauper.

ELIGERE OPTIMAM partem.

Du hast wol erwehlet / wie du dich zum studieren begeben hast.

Tu as tres-bien choisi lors que tu t'as addonné aux estudes.

OPtimam partem elegisti, cùm te ad ingenuarum artium studia contulisti.

Sapienter vitam instituisti | rectum cursum cepisti | optimo iudicio vsus es| sapienter iudicasti, cùm te ad ingenuarum artium studia contulisti.

Du hast ein gutes leben angefangen / als du dich Gott zugeeygnet hast.

Tu as prins vn bon train, quand tu t'es dedié au seruice diuin.

EXordium vitæ præclarum fecisti, cùm te Deo addixisti.

Optimum cœpisti cursum|rationem præclaram iniuisti| egregio vitam principio iniuisti, cùm tua omnia, teque ipsum, Deo consecrasti.

ELOQVENS. ELOQVENTIA.

Demosthenes hat diese Sententz gar ordentlich gebraucht.

Demosthene a fort elegamment vsurpe ceste Sentence.

HÆc sententia à Demosthene pereleganter est vsurpata.

Hæc sententia à Demosthene singulari elegantiâ| singulari eloquentiâ| admodum concinnè| admodum appositè| magno cum lepore| percommode explicata est.

Welcher wolredent werden will / der muß die Schrifften Ciceronis lesen.

Qui veut deuenir eloquent, fault qu'il s'adonné à la lecture de Ciceron.

QVi vult eloquens euadere, det operam Ciceroni.

Qui vult sua mentis cogitata eloquenter| copiose| eleganter explicare| eloqui| efferre| enunciare, det operam Ciceroni.

Qui bene dicere| qui verbis allicere| pertrahere| qui mouere, qui verbis commouere| flectere| delectare vult, det operam Ciceroni

Qui afficere vult audientium animos| qui ab audientibus beneuolentiam & attentionem venari| captare| elicere vult, qui eos, apud quos dicit, attentos, dociles & beneuolos sibi reddere vult| qui de quacunque proposita re aptè| prudenter, explicate| abundanter| illuminate, & rebus & verbis, numeroseque dicere vult, is velim existimet sibi illud Ciceronis lectione comparandum esse.

Vide Oratio longa. Patronus præstantissimus Cicero.

EQVES. EQVITATVS BELlicosus.

Du wirst schwerlich glauben können/ wie starck diese Bende Reuter ist.

A peine sçauras tu croire combien valeureuse est ceste blande de cheualiers.

VIx credas quantum in prœlio valeat hæc equitum turma

Vix credas in prœlio quàm firma sit| cuius roboris sit| quorum neruorum sit hæc equitum turma.

Hoc

Hoc equitatu|hac equitum manu|hac equitum turma noli putare quidquam acrius aut pugnacius esse.

EQVVM INCITARE.

Vmb mein leben zu beschützen / hab ich mein pferd recht gegen den feind gestochen.

Pour sauuer ma vie, i'ay piqué mon cheual droict vers l'ennemi.

VT vitæ consulerem, calcaribus equum ad hostes concitaui.

Ad hostes incolumitatis studio cursum equi incitaui.

Vt euaderem è præsenti periculo, equum laxatis habenis hostes versus impuli.

Vt periculum vitarem minimè dubiam, ad hostes equum misi|immisi|admisi|incitaui.

EVIGILARE.

Ich bin diesen morgen zeitlicher erwachet.

Ce matin ie me suis esueillé de meilleure heure.

HOc mane maturius expergefactus sum.

Hoc mane temporius ex somno excitatus sum|somno solutus sum|euigilaui|me somnus reliquit.

Temporius, Aduerbium legitur apud Columellam.

EVVLGARE.

Die sach ist nun offenbar.

Le cas est desia diuulgé.

REs iam euulgata est.

Res iam peruulgata est| diuulgata est| percrebuit| increbuit| patefacta est| in lucem prodiit| in vulgus prodiit| in apertum prolata est| in apertum producta est| emanauit| permanauit| clara est| aperta est| omnibus claret| liquet| patet| dissipata est| iactatur| sermonibus dissipatur.

Das was dir dein freund in geheim gesagt hat / das muß nit offenbaret werden.

Ce qu'vn amy t'a dit en secret, ne doibt pas estre reuelé.

QVæ tibi credidit amicus, ea non sunt diuulganda.

Quæ

Quæ tibi credidit amicus, ea non ſunt efferenda| euulganda| peruulganda| publicanda| prodenda| in vulgus edenda | cum alijs communicanda| palàm facienda| aperienda.

EXAVDIRE.

Gott wöl vnſer gebet erhören.

Dieu vueille exaucer nos prieres.

DEus preces noſtras exaudiat.

Deus ne auerſetur| ne reſpuat | ne contemnat | ne deſpiciat| admittat | æquis auribus accipiat | ſuſcipiat | percipiat | ne auerſis auribus audiat preces noſtras.

Deus noſtris precibus flectatur| moueatur.

Aures ne claudat Deus | pateant aures Dei noſtris obſecrationibus|noſtris precibus.

Deus precibus noſtris aures det|præbeat|præſtet.

Vide Rogare.

EXCIPERE HVMANISSIME.

Er empfengt die alle freundlich / welche ihn kommen grüſſen.

Il recueille fort amiablement tous ceux qui le viennent ſaluer.

OMnes qui ad ipſum ſalutandum accedunt, perhumaniter excipit.

Salutantes eum honoris cauſâ, hilari admodum ac benigno vultu excipit.

Complectitur quiſquis eum it ſalutatum.

Complectitur quicunque ad eum honoris cauſa venit|accedit|adit.

Omni genere humanitatis, quod vultu ac verbis exprimi poſſit | quàm licet humaniſſime| ſic vt nihil humanius excipit omnes, qui ad ipſum ſalutandum accedunt.

Eo vultu, qui facilè gratiam ineat | beneuolentiam concilie | hominum animos amore deuinciat| hominum animos ad adamandum alliciat, excipit omnes qui ad ipſum ſalutandum accedunt.

Vide

Vide Impedire.

EXCVSARE.

So fern ich was zu freymütig gegen jhn gesprochen hab/ so sol die [illegible] der Person mich entschuldigen.

Si i'ay parlé un peu trop librement contre luy, la qualité du personnage m'excusera.

SI paulo liberius in eum inuectus sum, vindicabit me personæ turpitudo.

Vobis omnibus excusatum me volo, si paulò grauius|acerbius fraudes eius atque fallacias exagitaui.

Excusatio superuacanea.

Es ist nicht nötig das du dich entschuldigest.

Il n'est pas besoing de excuser.

NOn est cur te excuses.

Hac excusatione|satisfactione|hac expurgatione|purgatione mecum minime opus est.

Non opus est, vt excusatione|purgatione|expurgatione apud me vtaris.

Non opus est vt excusationem proponas|vt expurgationem afferas|vt sat[illegible]res.

Superuacanea e[illegible]atio.

Excusandi officium [illegible].

Causam excusandi [illegible].

Minime necessaria est excusatio tua.

Tuam excusationem non desidero|non require|non expecto|non exigo.

EXIRE.

Du gehest nimmer auß deiner Kammer.

Tu ne sors iamais de ta chambre.

NVnquam egrederis cubiculo.

Pedem e limine cubiculi nunquam effers.

Extra cubiculum nemo te vnquam videt.

Perpetua tibi sedes cubiculum est.

Vide Exul.

EXORDIVM LONGINQVVM.

Ich will die vrsachen meines vornehmens etwas höher erzehlen.

Ie commenceray vn peu plus hault la raison de mes desseins.

ALtius paulò repetam rationem consiliorum meorum.

Longinqua repetam, vt apertiùs exponam consilia mea.

Longè repetam mei sermonis initium, quo pateant illustrius consilia mea.

Longinquum exordium capiet hic sermo, quem de meis consiliis habiturus sum.

EXPECTARE MAGNVM QVID ab aliquo.

Man hoffet das du ein grösser vnd ansehenlicher Mann werdest.

L'on a esperance que tu seras quelque grand & excellent personnage.

MAgnum quendam atque excellentem virum te sperant futurum.

Expectantur à te, quæ à summa virtute summoque ingenio expectanda sunt.

Nihil humile | nihil vulgare | nihil angustum | omnia excelsa | ampla | mira | diuina prorsus à te expectantur.

EXPECTATIONI HOMINVM non respondere.

Ich förcht das dein studieren solch end nich haben wirdt als die leuth meinen.

Ie crain que tes estudes n'auront pas telle issue, que les hommes pretendent.

VEreor ne, quam de tuis studijs expectationem concitasti, hanc sustinere ac tueri non possis.

Vereor vt studia tua expectationi hominum respondeant.

Timeo ne studiorum tuorum euentus ab hominum opinione dissentiat.

Timeo

Timeo ne tuis ſtudijs non is, qui expectatur, exitus contingat.

Magna me dubitatio tenet, ne non eum, quem homines expectant, ſtudia tua fructum ferant.

Timeo ne ſtudia tua cũ hominum opinione nõ conſentiant|alium, atque expectatur, exitum habeant|qui expectatur, fructum non pariant, |non, quo ſperatur| expectatur, exitu concludantur.

Timeo ne ſtudiorum tuorum euentus alius, atque expectatur, exiſtat.

Du haſt mich betrogen.

Tu m' as fruſtré de mon opinion.

FEfelliſti opinionem meam.

Tractaſti me ſecus atque exiſtimabam.

Non eum in me, quem putabam, te præſtitiſti.

Expectationi meæ nequaquam reſpondiſti.

Cum animo meo tua facta non conueniunt | conſentiunt|re ipſa cognoui|ſenſi.

EXPEDIRE.

So du verſichert biſt / das du das Königreich haben kanſt / ſo muſt du nicht drauff ſchlaffen.

Si tu es certain que tu pourras obtenir ce royaume, il ne faut pas s' endormir ſur ceſt affaire.

SI certum tibi eſt, poſſe te regnum illud obtinere. cunctandum non eſt.

Si exploratum tibi eſt poſſe te illius regni potiri. producenda|differenda, proferenda | prorogãda|protrahenda|extrahenda|longius ducenda res non eſt.

Si habes exploratum poſſe te illo regno potiri, differendum non eſt|immorandum non eſt| facienda mora non eſt|interponenda|facienda nulla mora eſt | omnis abijcienda | tollenda mora | languor omnis abijciendus.

Si pro certo exiſtimas te poſſe illud regnum obtinere, ſine mora tentanda res eſt| ſine cunctatione incipienda res eſt|ſine vllo temporis interuallo aggredienda res eſt|immorari|cunctari|lente agere | indormire non oportet.

Vide Differre seu Procrastinare. Statim.

EXPERIENTIA. EXPERTVS.

Es ist ein wolerfahrner Mann.

C'est vn homme de grand' experience.

HOmo in rebus admodum versatus.

Vir experiens | experientissimus.

Vir magno rerum vsu in rebus agendis exercitatus.

Vide Rudis.

EXVL. EXVLARE.

Viel treffliche Männer seind zu vnrecht auß ihrem Vatterland gebannen gewesen.

Plusieurs personnages de marque ont esté bannis de leur patrie iniustement.

COmplures viri insignes iniq; è patria relegati sunt.

Multi insignes viri inique e patria amandati sunt in exteras regiones | è patria expulsi | eiecti | ablegati sunt | exularunt | exilio multati | damnati sunt | patrium solum vertere compulsi | coacti fuerunt | patriam exules reliquerunt | vrbe | domo | penatibus | foro | congressu ciuium extorres fuerunt | extorres ab solo patrio fuerunt | patria cedere coacti sunt.

Die Tarquinier seind mit recht auß Rom gebannet gewesen.

Les Tarquins ont esté iustement deschassez de Rome.

TArquinij meritò Roma exacti fuere.

Tarquinij merito Roma fuère pulsi | extrusi | ablegati | relegati | exterminati.

Tarquinij merito Roma abire | cedere | excedere | recedere | exire | egredi | migrare | in exilium ire | exulatum abire iussi fuerunt.

Tarquinij meritò fuerunt coacti Romam relinquere.

F.

FACETVS. FACETIÆ.

Er ist so kurtzweilig das er ein jeglichen zu allen worten lachen macht.

Il est

Il est si facetieux, qu' il fait rire vn chacun à tous propos.

IIs vtitur dictis, vt singulis verbis risum commoueat.
Dicta dicit eiusmodi|ita facetijs valet, vt singulis verbis risum excitet|faciat.
Ita bellè|scitè|venustè|ita argutè|ingeniosè|festiuè|lepidè iocatur, vt audientes mira voluptate perfundat.
Eius dictis|facetijs|iocationibus mirè capiuntur omnes.
Multæ facetiæ in eo sunt.
In eo est multus lepos.

Man kan kein lüstiger Kind finden.
On ne sçauroit trouuer vn enfant plus plaisant.

NIhil est eo puero festiuius.
Nihil est eo puero lepidius.
Lepores hic puer habet, qui amorem concilient.
Lepore|festiuitate|elegantia morum conferendus cum illo puero nemo est.

FACILE.

Ein weiser Mann widerstehet leichtlich der bösen fortunen.
L'homme sage resiste facilement à la fortune.

SAtis leuiter, qui sapientia valet, fortunæ resistit.
Non difficulter|non laboriosè|paruo negotio|nullo negotio, qui sapientia valet, fortunæ resistit.
Sapienti facile est|difficile non est|laboriosum non est|negotij nihil est|difficultatis non est|laboris non est|difficilis operæ non est, impetum fortunæ sustinere|tueri se ab iniurijs fortunæ.

FACILIS RES.

Ich hab dir meine sachen zu handen gestalt / wie sie noch in gutem stand waren.
Ie t'ay mis mes affaires entre tes mains, estans assez bien disposées.

RES meas tibi tradidi optimè constitutas.

Res meas tibi tradidi satis aptas | explicatas | expeditas | nullis difficultatibus implicatas | eiusmodi, vt exhibere tibi negotium aut nullum, aut certè minimum possint | eiusmodi, vt labori tibi esse aut molestiæ nequaquam possint.

FACINVS ARDVVM CONARI.

Wo fern du das an dich nimbst/wirstu ein grosse mühe damit haben.

Si tu entreprens cela, tu y auras beaucoup de peine.

SI hoc suscipis, negotij multum habebis.

Si hoc sumis, feres laboris plurimum | valdè tibi erit laborandum | magnus in te labor | graue in te onus incumbet | multum oneris | laboris | molestiæ sustinebis.

Si hoc aggrederis, rem difficilem | grauem | laboriosam | rem operosam | molestam imprimis ac duram senties | experieris | cognosces.

Bedencke wól was ein schweren last du auff dich nimbst.

Aduise bien combien grande charge que tu prends.

ETiam atque etiam vide, quam graue subeas onus.

Etiam atque etiam vide quantum facinus conere | quid suscipias, quidue sustinere possis | quantum tibi oneris imponas | quantam ineas rem.

Animaduerte cuius difficultatis | industriæ | operæ sit | quam difficile | laboriosum | durum | operosum | spissum sit | quantum industriæ | quam facultatem | quas vires | quos neruos | quantum roboris postulet id quod coneris | moliris | tentas, id quod instituis | suscipis | aggrederis.

Vide Difficilis res.

FACINVS HONORIFICVM.

Du hast ein schönes vnd herrliches werck gethan.

Tu as fait vn œuure beau au possible & honorable.

FACI-

FAcinus fecisti pulcerrimum, & in primis honorificum.

Nihil neque elegantius, neque ad honorem præstantius, effici potuit.

Vide Conari præclarum quid.

FALLERE. FALLI.

Sehend das er betrogen war/wolte er sich selbst tödten.
Se voyant deceu, il s' est voulu desfaire.

VBi se fraude circumuentum intellexit, ipse sibi manus adferre conatus est.

Vbi se fraudatum|in fraudem inductum|fraude irretitum|captum|deceptum|fictis verbis inductum|fallacijs à veritate abductum sensit|vidit|cognouit, voluntariam sibi mortem inferre conatus est.

Vbi fraus illi patuit|vbi illi manifestæ fallaciæ fuerunt|vbi patefactus dolus illi fuit, voluntariam sibi mortem consciscere|voluntaria morte vitam abrumpere conatus est.

So du dein selbst rhat folgest/so fehlest du nicht.
Si tu suis ton aduis, tu ne commettras aucune faute.

TVo consilio si vteris, nihil errabis.

Teipsum si audies|ipse tibi si obtemperaueris|morem gesseris|obsecutus fueris, nihil contra rem tuam committes|nihil à tuis rationibus alienum committes|non laberis|non offendes|non cecideris|nullam offensionem|nullam casum aut errorem timebis|sapienter statues|recte iudicabis|optimam rationem inibis.

Tuo si iudicio stabis, bene tibi erit.

Vide Vultus mendax. Insidiari. Sincerus. Astutiæ.

FAMA OPTIMA.

Wir müssen für allen dingen sorgen für unser ehr.
Nous deuons enpremier lieu auoir soing de nostre honneur.

NObis inprimis honor curæ eſſe debet.

Exiſtimatio|dignitas|honeſtas|amplitudo|honeſta opinio nobis in primis curæ eſſe debet.

Vide Magnipendere.

FAMAM ALIQVAM CONSEQVI.

Durch wenig ſtudieren/haſtu erlanget das du von den Leuten geachtet wirſt.

Par l'estude de peu de iours tu as acquis quelque reputation aupres des hommes.

PAucorum dierum ſtudio conſecutus es, vt aliquo apud homines loco eſſes.

Paucorum dierum ſtudio conſecutus es, vt aliquo numero eſſes|vt aliquid exiſtimationis haberes inter homines|vt aliquem inter homines locum obtineres|vt aliquam tibi adſciſceres exiſtimationem|ne prorſus iaceres|ne planè ignobilis|obſcurus|vilis|abiectus|nullius honoris ac nominis eſſes|ne nullo plane loco eſſes|ne tua eſſet inter homines obſcura aut infima conditio.

Parumper te honeſtauit|aliquo te in numero conſtituit|aliquem tibi locum tribuit|comparauit|peperit paucorum dierum ſtudium.

FAMAM HONESTAM CONſequi.

Ein jeglicher iſt ſchuldig zu begeren einen guten namen zu haben.

Il n'y a personne qui ne doiue desirer d'estre en bonne reputation.

ID eſt cuique optandum, vt bene audiat.

Vt honeſtam famam|vt egregium nomen|vt bonam apud homines opinionem conſequatur, vnicuique optandum eſt

Id eſt cuique optandum, vt eius nomen fama diuulget|peruulget|circumferat|circumgeſtet|per orbem terrarum diſſipet|ad vltimas terras peruehat.

Id eſt cuique optandum, vt eius fama|vt nominis eius

eius fama celebretur|omnium sermonibus extollatur| sit in ore omnium|ad exteras terras peruadat | perueniat.

Id cuique optandum est,bene vt ei dicatur.

Vide Euulgare.Honorem eximium consequi.Magnipendere.

FAMAM PERPETVAM CONsequi.

So fern du deine Schrifften vollends/ so wirstu einen ewigen namen erlangen.

Si tu acheues tes escrits , ta renommée en sera eternelle.

SI tuis scriptis extremam manum impones , immortalis erit tua fama.

Si tuis scriptis finem impones,fama tua perpetua erit|æterna erit|nunquam deficiet | nunquam consenescet| nunquam peribit|nunquam obscurabitur| nullo tempore extinguetur| nulla temporis longinquitate delebitur.

Si tua scripta ad exitum perduces,nulla dies famam tuam terminabit | famam tuam nullum temporis spatium circumscribet|famam tuam nulla vetustas corrũpet| vigebit in omnes annos tua fama|omnis te posteritas cognoscet|tuas laudes excipiet ac tuebitur omnis posteritas| de te posteritas omnis & audiet& loquetur| immortalitatis præmia consequeris | non simul cum corpore nomen tuum mors extinguet | delebit| auferet.

Si tua scripta perficies |conficies|absolues,nomen tuum immortalitati commendabis| immortalitati donabis|ab interitu vindicabis|in hominum memoria retinebis|ęterna laude illustrabis|decorabis|afficies|ornabis.

Vide Gloriam æternam consequi.

FAMILIARITAS MVTVA.

Ich hab nun viel jahr hero gemeinschafft mit jhn gehabt.

Il y a long temps que i'ay grande familiarité auec luy.

MVltos annos vtor eo familiariter.

Multos annos vtor eo, isq; me viciſſim, valde familiariter|eo ſic vtor, vt nec familiarius vllo, nec libentius|nihil eſt noſtra familiaritate coniunctius|quotidiana mihi cũ eo conſuetudo eſt| ita mihi familiaris eſt, vt nihil poſſit eſſe cõiunctius | magno mihi familiaritatis vſu coniunctus| obſtrictus eſt|arctiſſima neceſſitudine coniuncti ſumus | vinculis arctiſſimæ familiaritatis aſtricti ſumus|alter alteri familiares admodum ſumus| mutua eſt inter nos, eaque ſumma, familiaritas.

Multos annos magna mihi cum eo familiaritas|ſummus mihi cum illo vſus | ſumma mihi cum eo familiaritatis conſuetudo intercedit.

Multis abhinc annis amicitia noſtra ſummam ad familiaritatem peruenit.

Vide Occultus animus.

FASTIGIVM DOMVS.

Er iſt ins oberſte des hauſes geflohen.

Il s'en eſt fuy au plus haut de la maiſon.

EFfugit ad ædium ſumma.

Fuga ſe abripuit ad ſummas ædes.

Abdidit ſe in ſummas ædes.

Fuga ſe contulit in ſummas ædes.

Fuga petiuit ſummas ædes.

Fuga euaſit ad faſtigium domus|ad culmen domus| ad ſuperiores| excelſiores | ſublimiores ædium partes.

FELIX. FELICITAS.

Niemand iſt allzeit glückhafftig.

Il n'y a perſonne, qui ſoit touſiours heureux.

NEmo fortuna vtitur perpetuò bona.

Nemini res ad voluntatem semper [illegible]

Nemo est cui prospere omnia succedant | [illegible] contra voluntatem eueniat|cui nullum accidat infortunium|cui secunda sint omnia|cui optata omnia contingant.

Quis est qui nihil in vita mali videat ?

Quis est, qui nihil sustineat incommodi|qui nullam ferat calamitatem| cuius sit perpetua felicitas , nullis interrupta malis?

Du bist der glücklichster Man in der welt.

Tu es le plus heureux du monde.

TVas fortunas nemo superat.

Ea fortuna vteris, quæ potest esse maxima.

Tam beatus es, quam qui maxime.

Ita beatus es, vt nemo magis.

Iis, vel ornamentis, vel præsidiis redundas , quibus maiora esse nulla possunt.

Nihil ad felicitatem tibi deest.

Nemo est te potior ab iis rebus, in quibus sita felicitas est.

Prospere tecum sic agitur . vt inuidere nemini possis.

Felicitate conferri tecum fortassè multi , præferri| anteferri | præponi | anteponi tibi certe nemo potest.

Æquas omnium fortunas.

Rebus omnibus affluis.

Non est quod quidquam desideres.

Nihil non optabile consecutus es.

Ea possides quæ qui possidet, fortunam accusare nullo pacto possit | nullius fortunam sibi exoptare debeat.

Ea possides ac tenes, quæ beatam vitam efficiāt|quæ sunt in vita expetenda.

Optimus est rerum tuarum status.

Animi & fortunæ bona sic in te sunt, vt in nullo magis.

Tibi satis est vel ingenij vel fortunæ ad bene beateque viuendum.

Wenn es dir wol gehet, so hastu freund mit hauffen: aber wenn es dir vbel gehet so verlassen sie dich alle.

Si la fortune t'est fauorable, tu auras des amis à foison, que si au contraire elle te tourne le dos, tu te verras abandonné de tous.

SI commodè tecum agetur, amicorum copia florebis: sin malè, omnes à te discedent.

Si tibi fortuna suffragabitur | fauebit| facilis erit|si fortuna facilem se tibi ac benignam præbebit|si tibi optime cum fortuna conueniet|si fortuna vteris prospera|secunda| facili|benigna|si tibi erit optime | si tranquillus erit rerum tuarum status | si commodis abundabis, amicorum multitudinem non desiderabis: sin agis infeliciter|si tuis commodis atque optatis aduersabitur fortuna|si inimicam fortunam experieris|si tuis optatis fortuna non respondebit | si male tibi cum fortuna conueniet| si incommode tibi erit | si percussus fortunæ vi iacebis|languebis|si iacebit fortuna tua| si iacebunt res tuæ| si aliqua reprimet & vrgebit difficultas|si fortuna vteris infesta|infensâ | iniqua| aduersâ| difficili|dura|acerbâ|parum prospera|parū secunda| parum facili|parum benigna, tum amicos requires| tum amicorum inopia laborabis|tum omnes te destituent| deserent| tum omnes à te descisçent|recedent.

In prospera|secunda|commoda | optima fortuna| florentibus|optimis |prosperis rebus tuis, amicorum copia florebis si vero casus aliquis rerum tuarum tranquilitatem perturbabit, amicos tum requires.

Vide Diues. Incolumis. Iurare Successus optimus

FESSVS DE VIA.

Ich bin müde von reysen.

Ie suis las de cheminer.

FEssus sum de via.

Defessus| lassus| defatigatus|lassatus sum de via.

Vide Aegrotare ex itineris labore.

FI-

FIDELIS. FIDES.

Ein guter Knecht muß getrew vnd still sein.
En vn bon seruiteur sont requis loyauté & silence.

FAmulus probus ac frugi, tacitus ac fidelis debet esse.

Hæ potissimum virtutes in famulo frugi requiruntur, fides & taciturnitas.

Famulus probus ac frugi fide officioque singulari semper esse debet.

Oportet vt famulus non sit ambigua fide|non fluxa|non leui, sed optima & præstantissima|sed nota & explorata.

Oportet vt famulus sit fidei plenus|fidem seruet|colat|is sit, cui omnia credi possunt.

FIDEM CAVTE HABERE.

Ich befinde es nit böß, dz du dich der Kauffmanschafft begeben hast: aber ich rahte dir das du nit zu viel auff die fortun vertrawest.

Ie ne treuue pas mauuais, que tu te sois adonné à la marchandise: mais te te conseille, de ne te fier à la fortune.

NOn improbo, quod ad mercaturam exercendam te contuleris: te tamen hortor, spem in fortuna nullam reponas.

Non displicet mihi tuum consilium, quod ad negotia gerenda | administranda | quod ad negotiandum te contuleris: tamen tibi suadeo, ne fortunæ fidem habeas|ne fortunæ credas|confidas|ne te fortunæ credas|committas|tribuas|ne te fortunæ potestati committas|ne multum in fortuna ponas|vt à fortuna caueas|vt cautè agas cum fortuna|minimum tibi de fortuna pollicea ri | spem nullam in fortuna constituas|ne fidam|stabilem|firmam|constantem|certam fortunam ducas,

Non reprehendo quod ad mercaturæ studium te adiunxeris: tamen auctor tibi sum vt fortunæ instabilitatem|leuitatem| inconstantiam|varietatem | mutationem|varios casus|vicissitudinem pertimescas| extimescas.

FIDES NEMINI HABENDA.

Man muß sich auff niemand gentzlich verlassen.
Il ne faut fier entierement à personne.

NEmini, vel summa necessitudine coniuncto habenda fides est.

Nusquam tuta fides,

Cauendum est ne cuiusquam fidei credamus | nos committamus | res nostras commendemus.

Cautionis est | sapientiæ est | consilii est, nemini se credere | committere | nemini plane confidere | nullius in fide omnia statuere | ponere | collocare.

Welcher ists darauff du dein vertrawen möchtest setzen?
Qui est celuy, sur la foy duquel tu puisses appuyer.

QVis est, cuius fide niti tuto possis?

Quis est, quem tibi fidum pręstare possis?

Quis est, cuius incerta | dubia | infirma | fluxa fides non sit?

Vide Probus. Probitas rara auis.

FINEM IMPONERE.

Es mangelt nicht viel/oder die sach ist zum ende.
Peu s'en faut, que la chose ne soit finie.

PArum abest, quin res ad exitum peruenerit,

Sublata res tota non est, magna tamen ex parte profligata.

Eo res processit, vt ab exitu non longe abfuerit | vt ad exitum pene peruenerit | vt exitum pene attigerit.

Man hat lang in dieser sachen gehandlet/ist aber noch nit zum end außgeführt.
On a long temps traicté de cest affaire, mais on n'en a pas encore veu l'issue.

DIu actum est, ad exitum tamen res non venit.

Diu deliberatum | consultatum est, tamen perfecta | confecta | absoluta | profligata res non est | ad finem perducta res non est | exitum res non habuit | ad exitum perducta res nō est | deliberationem consecuta res non est.

Vide

Vide Bellum absoluere.

FINEM PRINCIPIO SIMILEM assequi.

Ich kan nicht sehen ob das end dieser sachen/ dem anfang wirt gleich sein.

Ie ne puis voir si la fin de ceste affaire respondra au commencement.

QVem sit exitum res habitura, similemne an dissimilem principio, suspicari non possum.

Vtrum res eum finem, qui principio respondeat | qui à principio non dissentiat | discrepet, habitura sit, ignoro.

Futurum ne sit, vt extrema primis respondeant, consentiant | similia sint | vt extrema cum primis contexantur | coniungantur, non dispicio.

FORTIS ADVERSVS FORTVNAM.

Die fortun bestreitet mich gar hefftig/ desto wenlger nicht widersetze ich mich gegen alle zufälle/ welchen dz menschlich leben vnderworffen ist.

La fortune me fait vne fort guerre ie resiste neantmoins fort à tous accidens, ausquels est subiecte la vie de l'homme.

GRauiter me oppugnat fortuna, ego tamen ad omnes casus, quibus humana vita exposita est, fortis sum.

Vehementer | acriter me vexat | vrget | premit fortuna ego tamen ad humana omnia fortis sum | ad omnes casus qui humanæ vitæ impendent | quibus humana vita subiecta est; proposita est | patet, fortis sum | contra fortunam paratus | firmus | armatus | validus sum | firmissimis conscientiæ præsidiis munitus sum | res humanas præclare contemno | negligo | despicio | aspernor | minimum laboro de rebus humanis | susq; deque res humanas facio | humanis casib. animi præstantia | virtute | fortitudine resisto | fortunæ conatibus obuiam eo | occurro | obijcio me | oppono me fortiter atque acriter | fretus conscientia, fortunam sperno.

Aduersa|infesta|infensa|iniqua mihi est fortuna:tamen vale.|se ipso nititur|sua in se ipso pręsidia ponit|à se ipso pręsidiũ omne petit animus meus aduersus fortunæ vim|impetum|conatus|iniurias|tela omnia.

Inimica mihi est fortuna:tamē mea me cōtra fortunā conscientia fortem facit|confirmat|auget viribus|validiorem reddit|mihi animos|virtutem|vires|robur|fortitudinem|firmitatem addit.

Acerbe exagitat me fortuna: tamen minimum res humanæ me mouent|afficiunt|perturbant.

Vide Magnanimus.

FORTIS EXERCITVS.

Cesaris Heer war nicht so groß vnd mächtig an der zahl als sonst an starckheit.

L'armée de Cæsar n'estoit pas si grande ni puissante en nombre, qu'en vaillance.

GEnere potius quam numero firmũ exercitum habebat Cæsar.

Frequentes admodum Cæsaris copiæ non erant, sed fortitudine præstabant.

Erat in castris Cæsaris virtus, multitudo non erat.

Numero exiguus erat Cæsaris exercitus, firmitate amplissimus.

Non militum copia|frequentia|numero, sed eorũ virtute|robore|fortitudine|animi præstantia|corporis viribus valebat Cæsar.

Vide Bellicosus.

FORTISSIMVS CORPORIS robore.

Ich hab nie keinen starcken Mann gekent/ als ihr seyd.

Ie n'ay iamais cognu homme plus fort que vous.

NEminem cognoui te fortiorem.

Neminem cognoui te validiorem.

Neminem cognoui in quo plus roboris|firmitatis|virium inesset|qui firmior esset a viribus|qui virium firmi-

firmitate præſtaret | qui te robore corporis anteiret | qui viribus magis valeret | cuius eſſet præſtantior fortitudo.

Tam firmus es | tam validus | tam fortis | tam robuſtus es, quàm qui maximè.

FORTVNA VIRTVTE DESTITVtos vincit.

Welcher mit tugend nit vergeſellſchafft iſt / der gibt den mut bald verloren / wenn jhn die fortun bekümmert.

Celuy qui n'eſt accompaigné de vertu, perd bien toſt courage, quand il eſt combatu de la fortune.

CVi comes virtus non eſt, is animo facilè cadit, à fortuna percuſſus.

Ictus fortunæ ferre non poteſt, qui rectus virtute non eſt | qui virtute munitus non eſt | qui ſe virtutis armis non tuetur.

Sine virtute infirmi ſumus | male muniti | aperti ſumus aduerſus fortunæ vim.

Facile vincimur à fortuna virtutis præſidio deſtituti | abſente virtute | niſi adſint virtutis opes.

Vide Vita ſecura.

FORTVNÆ EXPOSITA HOminum vita.

Das leben der menſchen iſt vnzahlbaren zufällen vnderworffen.

La vie de l'homme eſt ſubiecte à vne infinité d'hazards.

INnumeris fortunæ telis propoſita eſt | patet hominum vita.

Impendent | imminent hominum vitę caſus plurimi.

Euentus rerum varij ſingulis propè horis extimeſcendi.

Quiſquis vitam ingreditur | quiſquis in hanc lucem prodit | quiſquis ſpiritum è cœlo ducit | quiſquis huius lu-

ius lucis vſura fruitur, eum caſus innumerabiles manent|ei &quæ velit,&quæ nolit,expectāda multa ſunt|eius animus ex vario rerum euentu perpetuò fluctuet, neceſſe eſt.

Omnium rerum humanarum viciſſitudo eſt| nulla nobis non timenda| nulla non expectanda| nulla non ſperanda| non manenda, dum in terris ſumus| degimus|manemus|ætatem exigimus.

Dum inter viuos agimus, eſt viciſſitudo| eſt fortunæ inclementia|eſt fortunę vis in vtramq; partem.

Quàm vaga volubiliſq; fortuna, tam varia commutabiliſque vitæ noſtræ ratio eſt.

In caſu atq; fortuna, bona corporis, & quæ extra corpus, ſita ſunt & collocata.

FORTVNÆ VARIETAS propria.

Es iſt nichts vnſtettiger als die fortun.

Il n' y a rien plus variable que la fortune.

NIl tam contrarium conſtantiæ, quam fortuna.

Fortuna amica varietati, conſtantiam reſpuit.

Seiungi non poteſt fortuna ab inconſtantia & varietate.

Propria eſt fortunæ varietas: quæ cum in humanis rebus dominetur|cui cùm obſequamur|quam cùm vitare nemo poſſit, omnes eius viciſſitudines excipere & experiri compellimur.

Vide Conſiderare attentius. Fidem cautè habere. Fortunæ expoſita hominum vita.

FREQVENTARE LIBENTER maritima loca.

Ich bin gern nahe bey der See.

Ie ſuis volontiers es lieux prochains de la mer.

MAritima loca cum voluptate frequento.

In maritimis facillimè ſum.

Iucundè verſor in maritimis.

Maritima regione libenter vtor.

In ora maritima verſari iucundum eſt.

Pascor maritimæ regionis adspectu.
Meis oculis maritima regione nihil est iucundius.
Miram haurio iucunditatem maritimæ regionis aspectu.
Maritima sedes me capit| oblectat| tenet.

FRIGVS INGENS.

Es ist gar kalt. *Il fait grand froid.*

MAgnum frigus est. Maximè friget.
Maximè alget. Cælum valde friget.
Magna frigoris vis est. Summum est frigus.
Intolerabile frigus est.

FRVI.

Wir können das güt der fortunen nicht lang geniessen.
Nous ne pouuons pas iouir long temps des biens de fortune.

FOrtunæ bonis non possumus diu frui.
Non possumus ex fortunæ bonis diu fructum capere|percipere.
Fortunæ bonorum non est diuturnus fructus| vsus.

Er besitzet das Gut. *Il possede les biens.*

BOna possidet. Bona tenet.
Fruitur bonis. Est in bonis. Fructus capit.

FVGA. FVGERE.

Nach dem sie ein wenig zeit gestritten hatten / haben sie die flucht genommen.
Apres auoir combatu quelque temps, ils se sont mis en fuite.

CVm aliquandiu pugnassent, in fugam se coniecerunt.
Cùm aliquandiu pugnassent, in fugam se dederunt| fugam arripuerunt| fuga salutem petiuerunt| fuga sibi con-

consulere cœperunt | fugà distracti sunt | dissipati | dispersi | disiecti | distraxit eos fuga | dissipauit | disiecit.

Vide Fastigium domus.

FVR. FVRARI.

Er ist ein dieb. *C'est un larron.*

FVr est.
Latro | grassator | raptor | trium litterarum homo est.
Rapinis | furtis | latrocinijs viuit.
Furari | rapere | compilare aliena solet.

FVRERE. FVROR.

Er ist vnsinnig worden / vmb daß er sein Proceß verlohren hat.

Il est deuenu fol, pour auoir perdu son proces.

QVia litem perdidit, furere cœpit.
Quia causâ cecidit, ad insaniam | dementiam | amentiã | furorem redactus est, mente captus est | mentem amisit | mens eum reliquit | defecit | destituit | incidit in insaniæ morbum, prolapsus est in furorem | a seipso discessit | à mente discessit.

Vide Insanus.

FVSTE PERCVTERE.

Er wolte ihn mit bengeln schlagen.
Il le vouloit frapper à coups de bastons.

FVste illum male mulctare volebat.
Volebat illum fuste male accipere | fuste percutere | fustis amaros ictus gustare | sensu percipere | fustis vim & grauitatem sustinere, ferre, pati.
Volebat fustem illi impingere.
Fustis ictum, vel ictus, volebat illum experiri.

G.

GENEROSVS.

Die Edelleut seind vber alle andere gezwungen sich zum studieren zubegeben.

Les

Les gentils hommes sur tous autres sont tenus d' appliquer leurs esprits aux estudes.

QVicunq; honesto loco natus est, ei maior, quàm cæteris, colendi præclara studia necessitas imponitur.

Quicunque claro | non obscuro | summo loco natus est | quicunque claris parentibus natus est | qui ex nobili | honesta familia | clara stirpe ortus est | qui optimæ inter ciues conditionis est, ei maior, quàm cæteris, colendi præclara studia, exercendarumq; laudandarum artium necessitas imponitur.

Ad primarios | honestos | honoratos in primis pertinent bonarum artium studia.

Quem familiæ nobilitas commendat, oportet eum ad liberalium doctrinarum studia | ad studium summæ laudis | ad omnem laudem ac decus eo studiosius incumbere | ad excellentem omnium rerũ cupiditatem eò vehementius incitari.

Habet hoc nobilitas & familiæ splendor, vt vitæ laudabiliter & cum virtute traducendæ non modo occasionem, verùm etiam causam; neq; causam tantum, sed etiam necessitatem, afferat.

Si quis ex egregia | nobili | præclara | illustri domo natus est, maiore, quàm quiuis alius, vrgetur virtutis expetendæ necessitate.

GIGANTES HOMINVM maximi.

Die Riesen seind auß der massen groß.

Les geants sont d' vne grandeur excessiue.

MAgnitudinis immensæ sunt gigantes.

Extraordinaria | inusitata | immensa magnitudine sunt gigantes.

Maximi inter cæteros homines feruntur esse gigantes.

Vastissima sunt gigantum corpora.

Horribili magnitudine sunt gigantum corpora.

Non sunt gigantes cum cæteris hominibus corporis magnitudine conferendi.

Nemo noſtrûm eſt, qui gigantes magnitudine adæquet| qui gigantum magnitudinem æquet|aſſequatur| qui gigantibus par ſit.

Excellunt gigantes magnitudine inter homines reliquos.

Gigantes magnitudine cæteris hominibus prętant| antecellunt.

Gigantum magnitudo caret exemplo | extra ordinem eſt | præter naturæ morem eſt | validior eſt, quam mos naturæ ferat.

GLORIÆ CVPIDVS.

Jch weiß wol wie ehrgeitzig du biſt.
Ie cognoy combien tu es conuoiteux de gloire.

QVàm ſis gloriæ cupidus, non ignoro.
Omnes tuos ad laudem impetus noui.

Quàm ſis ad laudem propenſus | inclinatus| quanti ſit apud te laus | quàm labores de laude | quàm vehementer ad laudem incumbas| quàm laudi ſtudeas| quo ſtudio laudem ſequaris | quæ tua ſit laudis cupiditas, præclarè noui| habeo cognitum.

Von deiner jugend auff haſtu die Ehr ſehr geliebet.
Des ton enfance tu as eſté amoureux de gloire.

IAm inde a pueritia gloriæ ſtudio atque amore flagrabas.

Inflammatus ad gloriam à puero fuiſti.

Spectaui gloriam ante omnes res à primis annis.

A primis annis tibi erat gloria omnium rerum antiquiſſima| tibi gloria in animo erat| tibi gloria in oculis erat| in amoribus erat| in deſiderijs erat.

Vide Arrogans.

GLORIAM ÆTERNAM CONSEQVI.

Das werck das du nuhn thuſt / wird dir einen vnſterblichen namen machen.
Les trauaux que tu endures maintenant, te cauſeront vn renom immortel.

Quos

QVos nunc ſuſcipis labores, ij te apud poſteros æterna gloria donabunt.

Quos nunc ſuſcipis labores, ij te apud poſteros æterna gloria afficient| illuſtrabunt| ornabunt| decorabunt| tuum nomen immortalitati commendabunt | ab hominum obliuione & interitu vindicabunt | tui nominis famam in omnia ſæcula diſſipabunt| tuum nomen poſteritati tradent, omnium ſermonibus & ſcriptis exornandum | extollendum | celebrandum| honeſtandum| tuendum.

Conſequens tuis laboribus , ne qua dies tui nominis famam delere poſſit | vt omnis de te poſteritas loquatur| vt nullæ tuis laude literæ taceant | vt nullæ literæ de tuis laudibus conticeſcant.

Vide Famam æternam conſequi. Honorem eximium conſequi.

GRADVM HONORIS ASSEQVI.

Du biſt zu den hohen ehren kommen nach welchem du lang gedrachtet.

Tu as obtenu ce degré d' honneur auquel tu aſpireis.

AD eum, quem volebas, gradum euectus fuiſti.

Ad eum , quem volebas , gradum aſcendiſti | conſcendiſti | perueniſti | euolauiſti| peruaſiſti| promotus fuiſti| elatus fuiſti.

Eum gradum, ad quem aſpirabas, attigiſti| pertigiſti| adeptus es| aſſecutus es.

GRATIA ALICVIVS EXCIDERE.

Nicht durch deine/ ſonder durch der deinigen ſchult haſtu die gunſt des Volcks verlohren.

Non pas tant par ta faute que par celle des tiens, as tu perdu là bonne grace du peaple.

FActum eſt non tua, ſed tuorum culpa, vt è gratia populi excideris.

Factum eſt minimè tua , ſed tuorum culpa | vitio tuorum, non tuo , contigit| à tuis potius , quàm à te ipſo | per tuos potiùs, quàm per teipſum contigit| non

per te, ſed per tuos, effectum eſt | non à te ſed à tuis commiſſum eſt | non tuo, ſed tuorum merito | iniuria tuorum potius, quam tua, effectum eſt, vt populi ſtudium amiſeris | vt populi gratiam | beneuolentiam perdideris | vt è ſtudioſa beneuolentia populi excideris | vt populus non amplius tibi faueat | ſuffragetur | vt populus tui non amplius ſtudioſus ſit | vt populus non amplius bene in te ſit animatus | vt, qua florebas hominum gratia, eam amitteres | vt eſſes non vt antea, hominibus gratioſus | vt ea gratia hominum, qua fruebaris antea, prorſus excideres | vt amitteres hominum ſtudia | vt ex animis atque amore hominum effluxeres | excideres | vt gratioſus apud populum minime ſis | vt carus populo non amplius ſis | vt in populi gratia minime ſis | vt nullum populi ſtudium teneas | nullam vt populi gratiam obtineas | nullam vt populi beneuolentiam poſſideas | vt populi in te [illegible] bene in te animatum | [illegible] | tui ſtudioſo [illegible] populi effluxeris | [illegible].

S[illegible] apud populum | gratiam populi non t[illegible] um culpa extinxit | perdidit | am[illegible]it.

Beneuolentiam populi non tu[illegible] rum iniuria omnem apud omnes deleuit | tibi eripuit | ademit | abſtulit.

GRATIA EXCELLERE.

Es iſt nun eine zeit [illegible] angenehmſten ſeyn.

Le temps eſt [illegible] plus fauoriſez.

EA tempor[illegible], vt qui plus opibus valent, magis excellant gratia.

Ea te[illegible] qui magis ab opibus firmi | para[illegible] copiis ſunt, magis excellant grati[illegible] | gratioſiores ſint.

Conf[illegible] homines ſua ſtudia in locupletiores.

Libenter homines ditioribus | diuitioribus fauent| suffragantur| studenti| præsto sunt.

GRATIFICARI.

Du lobest mich gar sehr / aber nit: das du es recht meynest / oder das ichs verdienet hab / sonder vmb meine gunst zu vberkommen.

Tu me loüe[illegible], non pas que tu m'en estimes digne, ou que ie t'aye merite, mais seulement pour gaigner ma bonne grace.

Tantas in me laudes confers, non iudicio tuo, merito[illegible] meo, sed vt ineas a me gratiam.

Tu[illegible] me laudibus, non iudicio tuo, merito ve[illegible] causa| ad colligendam be[illegible] bus aucupaaris| da[illegible], non veritati,| a[illegible] ad voluntatem.

N[illegible] me laudes confers, sed eo [illegible] sed [illegible] hoc [illegible] quasi merito adiungas.

Ich [illegible] allein dir / sonder auch deinen freunden freundschafft zu thun.

Ie [illegible] de faire, [illegible] seulement à toy, mais aussi à tes amis.

Volo non solum t[illegible], ve[illegible] etiam tuorum amicorum causa aliquid agere.

Cupio [illegible] quod tibi amicisque tuis gratum [illegible] tibi [illegible] que ac[illegible] quod ti[illegible] bi [illegible] afferat.

[illegible] non a te modo, verum etiam ab amicis tuis, velim.

Gratiam [illegible] & apud te & apud amicos tuos ex aliqua re velim.

Opto rem gratam tibi tuisque facere.

Opto aliquid efficere| nauare| præstare tuæ, tuorumque amicorum causa.

Ad id vnum mea studia conuerto, vt aliquid efficiam, ex quo tu & [illegible] voluptatem|iucunditatem|[illegible] etiam capiant|[illegible]|[illegible]|colligant

Seruire non solum tibi, sed etiam amicis tuis, cupio.

Seruire voluntati & commodo non solùm tuo, verùm etiam amicorum tuorum, volo.

Tuam, amicorumque tuorum, officijs meis gratiam quæro.

Ich bitte dich du wöllest meinen Büchern günstig sein [illegible] und dich [illegible] zu beweisen / so fern du es mit dem hertzen nicht thun kanst.

Je te prie de fauoriser à mes œuvres: si tu ne peux de bon cœur, à tout le moins pour me faire plaisir.

Meis libris velim, si minus ex animo potes, gratiæ saltem causa suffragere.

Meis libris, si minus iudicij, at gratiæ saltem causâ faueas.

Quod obtinere à iudicio fortasse non possum, impetrem ab amore, vt mea scripta probes|commendes|tueâre.

Quod veritati non potes, amori tribue, vt mea scripta tuo testimonio stabilias|tua commendatione exornes|honestes|in honorem adducas.

Vide Adulari: Oratio blanda.

GVLA. GVLOSVS.

Die werden nit leichtlich gesund / welche nicht achten / wie viel vnd was sie essen.

Ceux la ne recouurent pas facilement leur santé, qui ne regardent quoy ni combien ils mangent

NOn facile conualescant, quibus neque quantum comedant, neque quid comedant curæ est

Non facile conualescunt, qui quod comedunt, neque quantum, neque quale sit, animaduertunt|quibus omnium ciborum modum|omne iudicium|omnem [illegible] rationem gula eripuit|quibus neque modus edendi, neque vlla deligendi cibi ratio est|qui & plus appe-

appetunt in mensa, quam satis est, & ex eo genere, quod obsit.

Die vnmässigkeit deß essens tödtet viel junges Volcks.
L'intemperance au manger tue beaucoup de ieunes gens.

MVltos adolescentes perdit immoderata victus ratio.

Multos adolescentes conficit| immatura morte afficit cruditas| crapula| dissoluta victus ratio.

Largiore [illegible] pleniore cibo vtuntur adolescentes: quam [illegible] conficere queat| quam vt stomachus [illegible] [illegible] possit: id quod sæpe illis immaturæ mortis causam attulit.

H.

HABITARE COLLES.

Die Römische Edelleut woneten auff den Hügeln der Berge.
Les gentilshommes Romains se tenoyent és collines.

ROmani nobiles colles incolebant.

Romani nobiles colles habitabant| colebant| in collibus domum| domicilium habebant.

Nobilium Romanorum habitatio erat in collibus.

HÆRES. HÆREDITAS.

Cicero ist ein Erb gewesen von viel seiner Freunde.
Cicero a esté heritier de plusieurs siens amis.

CIcero fuit hæres plurium amicorum suorum.

Multorum Cicero factus| institutus| relictus fuit hæres.

Multorum bonorum Cicero successor fuit.

Multorum bonorum Cicero hæreditatem adeptus est.

Ciceroni contigerunt|venerunt| obuenerunt | obtigerunt multorum bona.

Ciceroni testamento relictæ sunt fortunæ multorum.

Multorum res | multorum hæreditatem | multorum bona adiit | obiit | creuit | tenuit Cicero

Multorum hæreditate auctus est | hæreditate multorum creuit Cicero.

Multorum bona ad Ciceronem, hæreditate venerunt | peruenerunt.

HONESTVM.

Alles was vns gut dünckt, ist vns nicht erlaubet.
Tout ce qui nous plaist, n'est pas licite.

NOn quidquid libet, licet.

Non quidquid libet, conuenit | decet | conueniens est.

Non par est | non est consentaneum | non est decorum | non ius, neque fas est | non honestum est, quidquid in libidinem cadit.

Vide Inhonestum.

HONORARE. HONORARI.

Ich befinde deinen brauch gar gut, das du ehrliche Leuth lieber ehrest als die reichen.
Je trouue fort bonne ta maniere de faire, que tu as en honneur les gens vertueux, plustost que les riches.

MIhi probatur mos & consuetudo tua, quòd eos colas, qui virtute potius quàm diuitijs abundant.

Placet mihi | valde mihi placet | mihi mos et consuetudo tua | laudē tuā cōsuetudinem laudo, quod eos venereris | obserues | quod eos in honore habeas | quod eos honore | obseruantia | studio prosequaris | quod eos honore afficias | obseruantiā colas | quod ijs honorem habeas | tribuas | præstes quod iis obseruantiam ac studium præstes qui virtute potius, quàm diuitijs excellunt | eminent | valent | qui sunt à virtute paratiores, quàm diuitijs | quos virtus potius quàm diuitiæ commendant | qui virtutem magis quàm fortunam possident.

Man muß die Eltesten ehren.

Il faut

Il faut reuerer ses maieurs.

MAiores reuereri oportet.

Maiores honorare|venerari necesse est.

Oportet vnumquemque erga maiores esse reuerentem|se gerere cum maioribus reuerenter | agere cum maioribus reuerenter.

Debet quiuis maioribus piè reuerentiam, quam merentur, atque obseruantiam præstare | exhibere| deferre.

Maioribus omnis debetur honos | veneratio| reuerentia|obseruantia.

Vide Aliquando. Dedecus. Reuereri.

HONOREM EXIMIVM consequi.

So du verfolgest was du ang[illegible] hast, so wirstu den höchsten Stand von der [illegible].

Si tu po[illegible] comme[illegible] com[illegible], tu paruiendras aux [illegible] honneur qui [illegible]

S[illegible] perge [illegible] in Repub. amplissima, consequeris.

[illegible] tenel[illegible] tuam consuetudinem [illegible] perges [illegible] feres tue [illegible] eximios honores [illegible] summos honores [illegible] apert[illegible] viam [illegible] honorem [illegible] petes, multi etiam non petent[illegible] optimos consequentur fama | hominum existimatio præmium feres famam.

Vide Famam consequi. Gradum honoris assequi.

HONOREM LÆDERE.

Diese ding seind wider deine Ehr.

Les choses sont contraires à ton honneur.

HÆc honori tuo aduersantur | dignitati tuæ aduersa sunt.

Hæc tuæ laudi [illegible] | officiunt | labem inferunt | [illegible] tenebras offundunt | damno sunt | detrimento sunt | iacturam afferunt.

Hæc lædunt | [illegible] | turpi labe inficiunt | hæc quasi tenebris circumiectis | circumfusis | offusis, obscurant honorem tuum.

Es ist nichts welchs die klarheit deines namens verfinstern kan.

Il n'y a rien qui puisse obscureir la clarté de ton nom.

NIhil potest nominis tui splendori officere.

Nihil potest splendorem nominis tui præstringere | tui nominis [illegible] officere | nomen tuum obscurum reddere | tui nominis splendori tenebras obducere | offundere | tuo nomini lucem eripere, tuo nomini obscuritatem afferre.

Sich für allen Dingen zu das du deine Ehr nicht verlierest.

Prens garde sur toutes choses, que tu ne faces perte de ton honneur.

HOc vnum cures potissimùm, ne tuæ dignitatis iacturam facias.

Omni industria | omni studio | omnibus viribus contende, labora | conare | incumbe toto pectore | [illegible] hac [illegible] omnes [illegible] tua studia [illegible] | [illegible] de omne [illegible] | [illegible] quantum in te est, quantum in te [illegible] est, quantum potes | [illegible] potes [illegible] | [illegible] hoc age diligenter | [illegible] diligenter potes | [illegible] quam potes diligenter | summam | quantam potes, adhibe diligentiam, summamque studium | studio contende quam licet maximo | quantum potest esse maximo [illegible] | hoc vnũ studeas, labores | in primis | præter cæteras res | præcipue | ante omnia, ne tua dignitas violetur | ne quid aduersi tua dignitas patiatur | ne de tua dignitate detrahatur | ne quod in tua dignitate damnum facias | nequid in honore tuo feras detrimenti | ne qua labe aspergatur | offundatur honori tuo | ne qua labe inficiatur | ne quam labem suscipiat |

ne quam maculam contrahat honor tuus|ne quam exi- ſtimatio tua iacturam faciat, patiatur|ne quod ferat detrimentum existimatio tua|ne quam iniuriam acci- piat|ne ſplendor tuæ dignitatis obſcuretur|vt nihil vn- quam facias, quod contra tuam existimationem eſſe queat.

Vide Dignitatem violare.

HONORI ALTERIVS fauere.

Wiewol ich dich unſtett befunden hab [illegible] und [illegible], will ich gleichwol deine Ehr befürdern ſo viel mir möglich iſt.

Combien que i'aye cogneu aſſez inconſtant à garder amitié, ſi eſt-ce que ie ne laiſſeray pour cela d'auancer ton honneur, tant qu'il me ſera poſſible.

ETſi te in conſeruanda amicitia ſatis leuem cognoui, [illegible] mea tamen omnia in te ornamenta proficiſcen- tur.

Etſi te in tuenda|colenda amicitia parum conſtan- tem [illegible], tamen nullum in te [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſeruantiæ [illegible] [illegible] tua dignitate [illegible] nullo [illegible] loco [illegible] re [illegible] in [illegible] rebus [illegible] [illegible] tentiam ad honorem ac dignitatem tuam omnia [illegible] ſtudia [illegible] meam industriam|curam|ope- ram|diligentiam [illegible] loco [illegible] in tua dignitate [illegible] [illegible] amplificabitur meo ſtudio tua dignitas [illegible] dignitatis meo ſtudio [illegible] tuæ dignitatis acceſſiones [illegible] conſequens| meam [illegible] honori tuo nullo loco deerit.

Vide Amplificatio dignitatis Dignitatem in- columem ſeruare Dignitatem ante omnia ſpectare.

HONORIFICE LOQVI DE aliquo.

Wiewol du mir niemals grosse freundschafft bewiesen hast, so hab ich doch viel guttes von dir gesagt.

Encores que tu ne m'aye iamais fait plaisir, toutesfois i'ay dit de toy beaucoup de bien.

Licet non optimè de me sis meritus: honorificè tamen de te sum locutus.

Licet non optimè de me sis meritus: tamen tibi bene dixi, mea fuit in te honorifica oratio, verbum nullum ex ore meo exijt nisi tua cum laude coniunctum.

Laudaui | extuli | ornaui te, laudes in te contuli | affeci | extuli | ornaui te laudibus | præclara quædam in te contuli, licet immerentem | licet immerito tuo.

Dixi de te, ea quæ tibi laudem parerent | iis verbis vsus sum, quæ ad te ornandum valerent | vim haberent, licet immerito tuo.

HONORVM ADITVM INtercludere.

Die armut ist offtmals ein vrsach, das man zu keiner ehren kommen kan.

La pauvreté a souventesfois esté cause que l'on n'a peu venir [illegible].

Sæpe effecit inopia, ne liceret ad honores peruenire.

Sæpe ex inopia contigit, vt honores consequi non liceret.

Sæpe commissum est inopiæ culpa, ne liceret expeditè progredi | procedere | cursum tenere in honorum via.

Prohibet | summouet | arcet ab honoribus rei familiaris inopia.

Impedimento egestas est, quo minus ad ea, quæ sunt in [illegible], liceat peruenire.

Aditum ad honores intercludit rei domesticæ difficultas.

Adi-

Aditum ad honores intercludunt rei familiaris angustiæ | domesticæ difficultates.

Euntibus ad honores magnas difficultates obiicit | magna impedimenta opponit | viam obstruit | obuiam it | occurrit inopia.

Imparatis à re domestica honores obtinere non facile est, multi negotij | magni operis est.

Honorum cursum moratur | honorum viam impedit | interrumpit egestas.

Egentibus non facilis | non expeditus est honorum cursus.

Repulsam vt plurimum pauperes ferunt | accipiunt.

Non patent honores inopiæ.

HORTARI.

Vermahnet mich nicht vmb solches zuthun.

Ne m'exhorte pas à faire cela.

NOli me hortari vt hoc faciam.

Ne mihi sis auctor huius consilij.

Ne me rationibus ad hoc impellas.

Noli me cohortari | mihi suadere noli | ne cohortatione vtaris, ne cohortationem suscipias vt hoc faciam.

HORTARI AD LITERAS.

Die Eltern sollen ihre Kinder treiben zu solchen künsten/ welche allezeit bey dem Menschen bleiben.

Les parens [illegible] aux arts & sciences [illegible] l'homme toute sa vie.

IMpellere [illegible] parentes debent eas ad artes, quarum est æterna possessio.

Incitare filios parentes debēt ad eas artes | consilijs, rationibus, argumentis adducere filios parentes debēt ad eas artes | laudare filiis parentes debent eas artes, ostendere filijs parentes debent earum artium fructum | hortatores esse filijs ad eas artes parentes debent, id consilij dare | ita consulere filijs parentes debent, vt eas artes complectantur | auctores filijs pa-

rentes esse debent, vt ad eas artes | ad earum artium studia se conferant | applicent | animum adiungant | toto animo incubant, quarum possessio vitam æquat | quarum est æterna possessio | quarũ nobis fructum vna mors adimit.

Ea demum est apud filios egregia parentum cohortatio, qua impelluntur ad eas disciplinas, quarum vsus interitu vitæ, nulla re præterea, terminatur.

Decet parentes illos, qui liberis consultum volunt, non eos ad rem cohortari, quam facile | nullo negotio | arbitratu suo tum largitur, tum eripit fortuna, verum ad eas artes, quarum vita par vsus & possessio est.

HOSPES. HOSPITIO ACCIpere aliquem.

Dein Verwanter hat mich gar freundtlich geherbergt.
Ton allié m' a logé fort courtoisement.

HVmanissimè tuus affinis me excepit.
Humanissime tuus affinis me tenuit hospitio | suis me ædibus excepit.
Humanus mihi hospes fuit affinis tuus.
Affini tuo humano hospite vsus sum. (sum.
Affinem tuum humanum hospitem expertus.
Hospitio affinis tui vsus sum.
Hospitium affinis tui expertus sum.
Affinis tuus apud se diuerti me voluit.

Ich bitte dich du wöllest mich befürdern mit deiner Kammer.
Ie te prie de m' accommoder de ta chambre.

VElim mihi accommodes de tuo cubiculo.
Velim mihi commodes de tuo cubiculo.
Si mihi cubiculum concesseris, meo commodo consules.
Sine me vti tuo cubiculo.
Liceat mihi cubiculo a te concesso tuo beneficio | tua humanitate ac liberalitate frui.

HVMANIORES ARTES COLERE.

Von deiner jugend auff bistu gar gelehrt gewesen in guten Littern.

Des ton enfance tu as esté bien sçauant en bonnes lettres.

A pueritia humanioribus apprimè eruditus fuisti.

A teneris annis humaniores disciplinas studiosè amplexus es.

A puero floruisti artibus ijs, quæ ab humanitate nomen acceperunt.

Iam inde à puero disciplinas eas coluisti, quæ humaniores nuncupantur.

Ab ætatis initio humanitatis studia complexus es.

HVMANITAS. HVMANISSIMVS.

Cesar war vber alle andere tugendt mit solcher geschicklichkeit begabet / das jhm niemandt gleich war.

Cæsar, outre plusieurs aultres vertus, estoit doué d'vne courtoisie nonpareille.

CÆsar præter multas, quibus floruit, virtutes, ea fuit humanitate, vt nihil supra posset.

Vt virtutes, quibus Cæsar floruit, multas omittam, eius humanitas tanta fuit, vt nemo cum illo conferendus|comparandus|æquandus esset.

Vt virtutes, quæ in Cæsare viguerunt, multas silentio præteream, ea præditus humanitate fuit, vt nemo par illi fuisse videatur.

Humanitate Cæsar excelluit|omnibus antecelluit|præstitit|omnes vicit.

Nihil Cæsare humanius.

Humanitatem Cæsar ita coluit, vt nemo magis.

Cæsare nemo fuit ad humanitatem propensior.

Cæsar proprio quodam naturæ munere factus ad liberalitatem videbatur.

Singularem in exercenda liberalitate & præcipua quadam laude dignum iure Cæsarem dixeris.

Laudem liberalitatis præter cæteros Cæsar tulit.

Laus liberalitatis vni maximè Cæsari debetur.

qui sit Cæsari humanitate præferēdus|qui plus Cæsare habeat|possideat|ostendat humanitatis|in quo plus quàm in Cæsare humanitatis sit|resideat|Cæsare quis magis ad humanitatem propendeat, qui humanitatis nomine sit Cæsare præstantior, qui præstaret | antecelleret humanitate Cæsari. neminem reperiri posse puto| neminem adhuc agnouimus.

Nemo Cæsarem humanitate vincere potuit.

Nemo vnquam Cæsare humanitate magis abundauit.

Nemo fuit Cæsare humaniore sensu.

Vide Liberalissimus.

HVMANITAS HOMINEM decet maxime.

Vnder allen tugenden stehet den Menschen kein besser an/ dann die belebtheit.

Il n'y a point une entre toutes vertus, qui soit plus propre à l'homme, que l'humanité.

EX omnibus virtutibus nulla est, quæ magis hominem deceat, quam humanitas.

Ex omnibus virtutibus nulla est, quæ magis in hominem conueniat|magis in hominem cadat | magis ad hominem pertineat|homini magis propria sit, quam humanitas.

Vt Hesperus inter sidera, ita inter virtutes præcipuè fulget humanitas.

Tum omnes virtutes, tum vna in primis homini colenda humanitas est.

Ita decent hominem virtutes omnes, vt primum sibi locum vendicet humanitas.

Ita colendæ sunt | expetendæ|ita diligendæ sunt virtutes omnes, vt præter cæteras amplectenda sit humanitas.

Quærendæ sunt omnes virtutes, sed humanitati dāda in primis opera est.

Inter omnes virtutes vna maximè lucet|eminet| excellit humanitas.

HVMANITATE ADDVCI, non præmijs.

Kein hoffnung einiges nutzes oder entgeltnuß hat dich hierzu getrieben, sonder deine belebtheit.

Ce n'est pas l'esperance d'aucune recompense qui t'a poussé à ceci, mais ton humanité.

NOn te ad hanc rem vtilitatis aut præmi, spes, sed humanitas impulit.

Non te ad hanc rem vtilitatis aut præmii spes, sed benignitas, naturæ facilitas adduxit, impulit.

Agis hoc non præmij spe commotus, sed humanitate adductus | benignitate impulsus, studio liberalitatis incitatus.

Debuisti hoc humanitati tuæ, non præmijs.

Debet hoc humanitati tuæ acceptum referri.

Ad hoc te incitauit naturæ tuæ, ad humanitatem | ac benignitatem propensio.

In hoc agnosco humanitatem tuam.

Fructus hic est humanitatis tuæ.

Mirifica tua elucescit vrbanitas.

Vide Beneficium conferre.

HVMANITATIS EXPERS.

In ihm ist gar keine [illegible].

Il n'y a en luy aucune cortoisie.

OMnis [illegible] humanitatis expers est.

[illegible] [illegible] humanitate.

Prorsus humanitatem ignorat.

Ab humanitate remotissimus est.

Nihil possidet humanitatis.

Minime omnium humanitatem colit | diligit | exercet.

Vide Illiberalis.

HVMILIS ESSE DEBET Christianus.

Ein Christen Mensch muß demütig sein.

Le Chrestien doit estre humble.

DEcet virum Christianum esse humilem atque demissum.

Esse humili atque demisso animo| non elatum neque contumacem esse | non esse arrogantem| modestiam adhibere | non multum sibi deferre tribuere | arrogare|ab arrogantiæ crimine longe abesse|fastu omni& insolentia vacare decet Christianum virum.

HVMILITAS NIMIA.

Ich hab in jhm grosse Demmütigkeit befunden.
I'ay cogneu en luy une trop grande vilité de cœur.

SVmmam in eo animi humilitatem cognoui.

Summam in eo animi demissionem | abiectionem| infirmitatem| imbecillitatem |tenuitatem cognoui.

Summas animi angustias in eo expertus sum.

Hominem esse vidi exiguo admodum animo | animi demissi|abiecti|humillimi|imbecilli|perangusti|in primis pusilli.

Hominem esse vidi nihil altum suspicientem | nihil spectantem in laude positum|nullius laudis cupiditate flagrantem | auersum ab omni gloriæ studio| in humiles|plane sordidas cogitationes deiectum|tanquam humi serpentem.

Du erniedrigst dich zu sehr under deines gleichen.
Tu t'abbaisses trop, à l'endroit de tes semblables.

TV summisse agis cum tuis æqualibus, plus quàm deceat.

Æqualibus tuis præter existimationis tuæ dignitatem|tuæ non parcens existimationi, obsequium præstas| honorem geris.

Præter omne decorum|plus quam par est|omni decoro neglecto | nulla decori ratione habita| contra dignitatem tuam | nihil dignitati consulens tuæ|præter omnem modum te subiicis | submittis tuis æqualibus|te deprimis | deiicis|humilem præbes|abiectum reddis apud tuos æquales.

Tibi nihil,æqualibus multum defers.

Et-

Etsi te das tuis æqualibus; non sunt tamen præponendi.

Etsi te das iis, qui tuæ sunt conditionis | qui ex eadem sunt classe | qui eiusdem sunt ordinis | qui eundem ac tu, dignitatis gradum obtinent | qui tibi nulla re inferiores sunt: non sunt tamen præponendi.

Vide Abiectus.

HYEMS TRISTIS.

Diß ist ein heßlicher trüber Winter.
Voici vn mal plaisant & triste hyuer.

Teterrima est ac fœdissima hyems.
Hyeme vtimur iniucunda ac tristi.
Hyemem habemus perodiosam.
Nihil hac hyeme fœdius, nihil horribilius.

Vide Frigus ingens.

I.

IGNAVVS. IGNAVIA.

Ein jeglicher ist hie mit faulheit beladen.
Vn chacun est ici saisi de paresse.

Hic omnes pigritiæ morbo laborant.
Omnes languent. Omnes torpent.
Omnes frigent Hic omnia iacent.
Omnes ignauiæ labe infecti sunt.
Hic veternus omnes occupauit.
Hic nemo est, in quo diligentiam non requiras | in quo diligentiam inuenias.

Vide Oeconomus. Diligentiam exiguam ponere.

IGNAVIÆ NOMINE ACCVSARE.

Man sagt das dieses durch seine faulheit geschehen war.
L'on attribuoit la cause de cela à sa paresse.

Causam huiusce facti in ignauiam conferebant.
Commissum hoc ex ignauia homines interpretabantur.
Referebant hoc ad ignauiam | inertiam | desidiam | languorem.

Hoc aſcribebant ignauiæ.
Hoc ignauiæ aſſignabant.
Hoc ignaui eſſe hominis aiebant.
In hoc omnibus negligentiæ nomine ſuſpectus erat.
Hoc illi tribuebatur ignauiæ.

IGNOBILIS.

Die tugend hat viel Leuth von geringem ſtand zu hohen ehren bracht.

La vertu a esleué en honneur beaucoup de gens de baſſe condition.

MVltos infimæ conditionis extulit atque illuſtrauit virtus.

Multos humillimæ ſortis, obſcuri loci, nulla parentum aut maiorum laude commẽdatos, obſcuro loco natos, ignobili, obſcuro, infimo genere editos extulit atque illuſtrauit virtus.

Multos generis humilitate iacentes virtus erexit.

Nobilitantur atque honeſtantur virtute multi genere ignobiles & obſcuri.

IGNORARE. IGNORANTIA.

Es iſt ein groſſe ſchand nicht zu wiſſen / was ſein Vatterland angehet.

C'eſt un grand deſhonneur, de ne ſçauoir ce qui concerne ſa patrie.

TVrpe in primis eſt, hoſpitem eſſe in ijs rebus quæ ad patriam pertinent.

Turpe inprimis eſt, in patria peregrinari.

Dedecori eſt, ea non tenere, ea ſcientia non comprehendere, ea doctrina que non percipere, in quibus patriæ res agitur.

Es iſt kein wunder daß der offtmal irret welcher der vngeſchickſte in der Welt iſt.

Ce n'eſt pas de merueille, ſi celuy erre ſouuent, qui eſt le plus ignorant du monde.

NOn eſt admiratione, ſi ſæpe labitur is, qui eſt omnium imperitiſſimus.

Non est cur miremur si [illegible] labitur is, qui est omnium [illegible] ignorantia| in [illegible] nemi- [illegible] latent| qui nihil [illegible] est| qui nihil [illegible] tenet.

Vide Prou[illegible] futur[illegible] caua.

Occultus animus.

IGNO[illegible] EVENTVS.

Ich weiß nicht was geschehen sol.

Ie ne sçay pas ce qui pourra aduenir.

QVid euenturum sit ignoro.

[illegible] quid consequi possit ignoro| non dispicio.

Q[illegible] exploratum non habeo.

Latent me quæ nasci possunt.

Futura me fug[illegible]

N[illegible] coniecturâ| diuinare non [illegible] patere| patefacere quæ dies ipsa potest.

F[illegible] non [illegible] mihi non patent| me fugiunt| prætereunt| latent.

Vide Coniicere.

ILLIBERALIS.

Ich habe keinen [illegible] Mensch niemals gesehen

Ie n'ay iamais veu homme moins courtois.

N[illegible] qui tam esset alienus ab humanitate, vnquam vidi.

N[illegible] qui tam [illegible] ab humanitate abesset| qui [illegible] esset| in quo minus esset humanitatis, vnquam vidi.

O[illegible] humanitatem liberalitatemq; sic ignorat, vt nemo magis.

M[illegible] de humanitae laborat.

Officium negligit.

Ita nulla agit liberaliter, vt illiberalitatem esse virtutem existimare videatur.

Nulla

Nulla apud eum benignitas est.

Vide Humanitatis expers. Liberalis. Natura parca. Parcus.

ILLVSTRARE.

Das vngleich so deine feind dir gethan / wird dir deine ehr sehr verklären.

L'iniure que tes ennemis ont fait à toy, esclaircira grandement ton honneur.

ILlustrabit amplitudinem tuam inimicorum iniuria. Quo magis obscurare atque extinguere tuam dignitatem nominis tui conabuntur, eo plus ad eam splendoris accedet | eo clarius elucebit | eo patebit illustrius | eo **fiet clarior atque illustrior.**

Es stehet einem grossen Redner zu / die schlechte sachen zu verheben.

C'est à faire à vn grand Orateur, d'aggrandir les choses petites.

MAgni Oratoris est, efferre ea, quæ iacere videntur. Magni Oratoris est, extollere atque erigere ea, quæ iacere videantur | humilia attollere | obscuris dare lucem | obscuris splendorem afferre | obscura illustrare.

Vide Ornare.

IMITARI ALIQVEM.

Vnder deinen Voraltern hastu deren gnug denen du mögest nachfolgen.

Il y en a assez entre tes predecesseurs, lesquels tu puisses imiter.

NOn deest ex tuis maioribus, quem imitere. Non deest ex tuis maioribus, quem sequare | cuius teras vestigia, cuius vestigia sequaris | cuius vestigiis inhæreas | insistas | a quo tibi exemplum habeas | capias | sumas | quem tibi exemplar proponas | cuius exemplo viuas | cuius exemplum sequare | qui tibi exemplo sit | cu-

cuius ad imitationem viuas | cuius sis imitator | discipulus | quem auctorem habeas.

Habes domestica exempla | domi habes, vnde discas.

Vide Ducem sequi aliquem. Magnipendere.

IMMODESTVS. IMMODESTIA.

Er ist ins Königs hoff nicht wol empfangen gewesen / seiner vngeschicklicheit halben.

Il n'a pas esté receu à la court du Roy, à cause de son immodestie.

LOcum in aula regia non habuit, ob immodestiam.

Locum in aula regia non habuit, ob impudentiam | temeritatem | imprudentiam | immoderatam vitæ rationem.

In aula regia locus ei non fuit, quia parum modestus est | non satis modeste viuit | modestia, modo | ratione non vtitur | modestiam ignorat | longe abest a modestia | parum modestis est moribus | de modestia nihil habet | nullum illi modestiæ studium est | expers est modestiæ | pudicitiæ | prudentiæ | rationis | temere agit | imprudenter | inconsiderate | sine modo agit | immoderate | immodice | inconsiderate | inconsulte | prorsus sine consilio agit | inconsultus est | imprudens | temerarius | inconsideratus | immoderatus | immodestus | immodicus.

Vide Coercere. Impudens.

IMMVNIS.

Durch seine Tugend hat er erlangt / daß er frey ist von aller Schatzung.

Il a obtenu immunité de tailles & gabelles par sa vertu.

VIrtute sua consecutus est, nihil vt publicè penderet.

Virtute sua consecutus est, fructum vt nullum publice penderet; vt vectigalis nõ esset | vt esset immunis | vt ex eorum numero, qui publice aliquid pendunt, exime-

eximeretur | nihil vt publicè solueret | vt esset expers eorum onerum, quæ publicè imponuntur | vt nullam pecuniam in commune ferret | vt publicis oneribus vacaret | tributarius vt non esset | tributum vt nullum conferret.

Vide Vectigalis.

IMPATIENS.

Du bist gar vngedultig.
Tu es fort impatient.

VAldè es impatiens.
Nihil pati | ferre | sufferre | tolerare potes.
Nihil fers patienter | tolerantèr | placidè | æquo animo | moderatè | tranquillè | sedatè.
Impotens es. Impotenti es animo.
Stomacharis facilè.

IMPEDIRE IMPEDIRI. IMpedimentum:

Der Bürgerliche zanck were viel grösser worden/ wenn der Raht den nicht gestillet hette.
La dissension ciuile fust allee plus auant, si le Senat ne l'eust assoupie.

LOngè grauior esset facta ciuilis discordia, nisi Senatus eam compressisset.
Longius vlterius ciuilis discordia manasset | processisset | progressa esset, nisi Senatus eam repressisset | retudisset | ei occurrisset | ei obstitisset | ei impedimenta obiecisset | ei impedimento fuisset.

Ich sorg ich hab deine sachen verhindert.
Ie crain d'auoir interrompu tes affaires.

TImeo ne tua negotia disturbauerim.
Timeo ne tua negotia interruperim | impediuerim | interturbauerim | ne tuis rebus aliquid moræ | aliquid impedimenti attulerim | ne tibi molestus fuerim | ne tibi molestiam exhibuerim | ne me tibi intempestiuè obtulerim.

Ich wil deine sachen nicht verhindern.
Ie ne veux point troubler tes affaires.

Nolo tuas occupationes interpellare.

Nolo tibi iam occupato molestus esse | molestiam exhibere | obstrepere.

Nolo tuorum negotiorum cursum impedire.

Nolo auocare te à tuis negotijs | curis | occupationibus.

Das vielfältige besuchen meiner freund/thut mir solche verhinderung daß sie mich durchauß vom studieren abziehen.
Les frequentes visitations de mes amis me donnent tant d'empeschement, qu'elles me destournent de tout mes estudes.

Crebræ amicorum salutationes me interpellant, vt prorsus me à studijs abducant.

Crebræ amicorum salutationes ita me interpellant, vt prorsus me à studijs auocent | abstrahant | abripiant | auellant | amoueant.

Omnem prorsus colendi studia facultatem | potestatem frequentes amicorum salutationes eripiunt.

Frequentes amicorum salutationes nullam mihi studiorum copiam | nullam ad colenda studia | ad tractandas literas vacuam horam | nullum ad colenda studia | ad tractandas literas liberum tempus relinquunt.

Fit salutationibus amicorum adeuntium ad me | ventitantium ad me | fit amicorum officio, vt prorsus nihil habeam ad animum literis excolendum | ad ingenium studijs exercendum.

Ita sum occupatus | occupationis habeo tantum in excipiendis ijs, qui ad me officij caussa adeunt, vt omnino nihil temporis ad studia literarum tractanda | vt nullam diei partem arbitratu meo in studijs ponere | ad studia conferre liceat.

Vide Honorum aditum intercludere, Dignitatem consequi. Incommodare alicui. Reprimere.

IMPE-

IMPERARE.

Es ist zu wünschen vber [illegible] Leut des befelch zu haben.

C'est une chose souhaittable, de commander à beaucoup de gens.

OPtabile est, imperium in multos habere.

Optabile est [illegible] habere multos, quibus liceat imperare | qui pareant imperanti | habere multos, quorum opera iure tuo | pro tuo iure | tuo potestate | tuo arbitratu possis vti | multis dominari | multis præesse | paratos ad voluntatem | ad imperium | ad nutum habere multos.

Ich verstehe das du der öberste Gubernator bist in der Statt Lyon.

I'entends que tu es souuerain Gouuerneur de Lyon.

AVdio te Lugdunum summo cum imperio obtinere.

Audio, tuam esse summam potestatem | tuum esse summum [illegible] in administrandis Lugdunensibus | præesse te Lugduno eo iure, quod amplissimum esse potest | præesse te Lugduno ea potestate, quæ potest esse maxima; ita te Lugdunum regere, vt summo vtaris imperio | vt liceat tibi quidquid velis.

Ich habe ein [illegible] gewaltig gehabt.

I'ay eu des grands gouuernements.

GEssi maxima imperia.

Amplissimo imperio non semel vsus sum.

Curam gessi rerum maximarum.

Summis rebus præfui.

Sustinui | administraui maximas res.

Summa mihi commissa sunt imperia.

Summa imperia credita | mandata | tradita mihi sunt.

Vide Iubere. Imperio priuare.

IMPERATOR.

Der Keiser [illegible] kriegen.

L'Empereur ne pense plus à faire la guerre.

OMnem [illegible] omnia [illegible] consilia, mentem prorsus à bellis abduxit Imperator.

Omnem

Omnem cogitationem, omniaque consilia, mentem prorsus à bellis auocauit is, qui nomine imperatoris [illegible] | qui imperatoris titulo decoratur | qui imperatoria dignitate fungitur | qui imperium in omnes habet | cuius imperium est | cui potestas est atque ius imperandi.

Vide Posse omnia.

IMPERIO PRIVARI.

Von der öbersten gewalt bin ich in die aller underste dienstbarkeit gefallen.

De tres-haute puissance je suis tombé en la plus basse seruitude du monde.

A Summo potestatis ad infimum seruitutis locum decidi.

A summo potestatis in infimum seruitutis deiectus | deturbatus | detrusus | depulsus a fortuna sum.

Libertatem seruitute commutaui.

Dominatum, & cum dominatu libertatem perdidi.

Tantum abest vt imperem, vt nec liber sim.

Sedebam in puppi, clauumque tenebam: nunc vix est in sentina locus.

IMPERIVM EVERTERE.

Die fortun kan leichtlich die grosse Herrligkeit in der Welt zu nicht bringen.

La fortune peut facillement aneantir les plus grandes seigneuries du monde.

Facile summos hominum principatus fortuna delet.

Euertit fortunæ vis opulentissima regna.

Nulla est potestas tanta, quam fortunæ potestas non exuperet | quæ fortunæ potestati non cedat | quæ fortunæ viribus frangi non possit.

Paruo negotio summos dominatus fortuna tollit | extinguit | abstrahit | euertit.

IMPETVM FACERE.

Wie dich deine feind dapfferer bestreitten / wie du mehr ihren dauon hast.

Tant plus tes ennemis te feront la guerre, tant plus á accroissement recevra ton honneur.

QVò erit gravior impetus inimicorum, eo maior ad tuam existimationem fiet accessio.

Quo plus ad te oppugnandum studij conferent inimicorum, eo plus accedet ad tuam laudem | eo clarius tuæ splendor dignitatis enitescet | eo clarior atque honoratior euades | eo tua laus fiet illustrior | eo magis augebitur | amplificabitur | extolletur | illustrabitur honor tuus | eo sublimius tui gloria nominis ascendet | extolletur | efferetur | euehetur.

Quò studiosius euertere te ac tua commoda conabuntur inimici | quo acrius ac vehementius in te irrumpent inimici | quo acrius impetum facient | ... tanto magis impendent suos neruos | ... immittent, eò plus amplitudinis | dignitatis | gloriæ | laudis | existimationis | honoris acquires | ... consequeris | adipisceris | tibi paries | tibi comparabis.

Vide Aggredi aliquem.

IMPETVM REPRIMERE.

Deine tugend wird die gewalt der bösen Menschen brechen

Ta vertu reprimera la ... des meschans.

IMpetum perditorum hominum tua virtus franget. Impetum perditorum hominum tua virtus reprimet ac retundet.

Hominum improbitatem infringent consilia tua.

Vide Prudentia Reprimere cupiditatem alicuius.

IMPORTVNVS.

Du bist gar vnuerdräglich vnd mühselig.

Tu es fort importun & facheux.

VAlde es importunus.
Valde es mo citus | odioſus.
Aliis moleſtiam ſemper exhibes.
Alijs negotium ſemper faceſſis.
Nunquam ſinis alios quieſcere.
Semper alios ſolicitos habes.
Alijs nunquam otioſis per te licet eſſe.

Vide Negotium alijs faceſſere.

IMPRVDENS. IMPRVDENTIA.

Wiewol das Alexander klug vnnd mútig war im ſtreit / ſo war er gleichwol nicht vorſichtig die groſſe gefahr zu meiden.

Combien qu' Alexandre s'aye monſtré courageux en bataille, ſi eſt ce qu'il auoit faute de conſeil pour fuir les perils.

ANimi præſtantiam oſtendebat in prælijs Alexander: conſilium in vitandis periculis ei deerat.

Animi vim | magnitudinem oſtendebat in prælijs Alexander: Conſilium in vitandis periculis ei deerat.

Conſilij non habebat ſatis Alexander ad vitanda | effugienda | declinanda | cauenda pericula: animo tamen in pugnis excellebat | fortem tamen in pugnis animum gerebat | forti tamen animo pugnas pugnabat | prælia tractabat | rem gerebat in pugnis

Animum in Alexandro pugnante laudares | animi virtutem in Alexandro laudibus efferres, conſilium & prudentiam deſiderares | requireres.

Es geſchicht offt / das die aller groſmútigſte die aller vnvorſichtigſte ſeín.

Il aduient ſouuentes fois que les plus vaillants ſont les plus mal aduiſez.

SÆpe qui magnitudine animi præſtant, prudentia minus valent.

Sæpe contingit | euenit | vſu venit | accidit | ſæpè fieri videmus | non raro fit | non parum fit | ſæpe fit | vt animi magnitudinem comitetur imprudentia | vt in

nonnullis magno animo præditis|animo præstantibus prudentia requiratur|desideretur.

Jch hab befunden das du sehr vnachtsam bist.
Ie t' ay cogneu trop inconsideré.

NImium te inconsideratum cognoui.
Nimium te imprudentem| expertem consilij|inopem consilij|expertem rationis|inopem rationis|auersum à ratione, propensum ad temeritatem|immoderati sensus|præcipitis consilij| nimis in agendo præcipitem| stultum cognoui.

Vide Iuuenis. Sapienter factum.

IMPVDENS. IMPVDENTIA.

Du bist so kün vnd schamloß im begeren.
Tu es trop audacieux & effronté a demander.

AVdax es nimium in petendo.
Nimia petis cum audacia.
Nimium es confidens|fidens|procax|impudens| nihil seruas pudoris|promptus es|non hæres in petendo.
Nihil te pudet|non vereris| non erubescis petere.
Tuæ petitiones omni rubore carent| vacant| absunt| procul sunt ab omni rubore|pudore|verecundia| sunt omnis ruboris expertes.
Tu in petendo nullo rubore suffunderis| musca improbior es| musca impudentior es.

Wenn ich so schamloß were wie du / würd ich jederman ohn zweiff (?) schwerlich sein.
Si i'estois si effronté que toy, ie serois sans doubte facheux à tout le monde.

SI tuam imitarer impudentiam, omnibus sine dubio molestus essem.
Si tuum os haberem, omnib. sine dubio molestus essem.
Si essem æque ac tu | pariter ac tu | similiter ac tu| non secus ac tu | non aliter, ac tu | ita vt tu | vti tu|
quem-

quemadmodum tu|sicuti tu impudẽs|ad impudentiã propensus|pudoris expers, ac modestia|auersus à pudore|omnibus sine dubio molestus essem.

Vide Immodestus. Importunus. Peccare impudenter.

IMPVNITVS. IMPVNITATEM scelerum assequi.

Er ist nicht gezüchtiget gewesen.
Il n'a pas esté chastie.

Pœnam effugit. Elapsus est. Impune illi fuit.
Impunitatem est assecutus.
Pœnam tulit.
Pœnam nullam sustinuit|perpessus est.
Euasit ex iudicio. Absolutus est.
Absolutionem est adeptus.

Die Vbelthäter werden offtmals nicht gestrafft.
Les malfaicteurs souuentesfois ne sont point punis.

Supplicium de nocentibus sæpe nullum sumitur.
Sæpe non animaduertitur in homines nocentes.
Sæpe homines improbi|culpæ|criminum|delictorũ|flagitiorum|scelerum affines|criminum labe infecti prorsus atque inquinati|noxij|nocentes|sontes, iudicio liberantur|iudicum sententiis|supplicio vindicantur|pœna eximuntur|pœnas vitant|euadunt ex iudicio, seruantur|expertes omnis culpæ iudicantur| nullius affines culpæ|insontes|innocentes| nulla infecti culpa|nullo astricti scelere|nullo contaminati flagitio iudicantur|non puniuntur|non vindicantur|non castigantur|merita non coercentur pœna|pœnas non dant|non luunt|non pendunt|debitas pœnas non persoluunt|debito supplicio non multantur|non afficiuntur pœnis|pœnas factis|vita|moribus dignas|improbitati debitas non ferunt|non sustinent|non patiuntur|non sentiunt.

Sæpè fit iudicum culpa| vitio| scelere| improbitate| iniustitia| perfidia vt homines impuri|perditi|scelesti| scelerati| flagitiosi| delictorum omnium participes, sine pœna dimittantur| absolutionem consequantur|animaduersionem effugiant.

Pœna de nocentibus nulla capitur.

Secus ac nocentes digni| meriti sunt| secus ac nocentium vita postulat, iudicatur| sententiæ feruntur.

Ea est huiusce tempestatis conditio, vel potius ea peruersitas, vt ij, qui iustitiæ præsunt, multa sæpe, eaq; grauia scelera inulta impunitaque dimittant.

Tanta est hodierno die auri argentique vis, vt quemlibet cuiuslibet facinoris reum expurgare| quemuis in vincula coniectum absoluere| vnumquemque in carcere detentum liberare queat.

Vide Punire.

INANIA SEQVI.

Du begibst dich zu leichtfertigen dingen.
Tu mets ton estude à choses legeres.

Rebus leuioribus tuum studium das.
Tibi placent leuitates.

Contemplari| sequeris|amas inania.

Colis ea, quæ non consistunt| quæ nihil habent firmitudinis| quæ nihil habent grauitatis| nihil ponderis| quæ inania sunt| quæ leuia|nullius ponderis| infirma|minimè solida sunt.

Amas ea, quæ solidum nihil habent.

INANIS HOMO.

Ich hab niemals leichtfertiger Mensch gesehen.
Ie n' ay iamais veu homme plus leger.

Leuiorem vidi neminem.

Vaniorem| inaniorem| dementiorem vidi neminem.

Nihil est in eo grauitatis.

Nihil est eo inanius. Vento leuior est.

Aere inanior est. Leuior est arundine.

Ventis

Ventis omnibus obnoxius eſt.

Vide Inconſtans.

INCHOARE. INCHOATVM opus relinquere.

Es iſt noch ſo weit/ das du das werck ſolleſt vollendt haben/ alß wenn du es nun erſt angefangen hetteſt.

Tant s'en faut que tu ayes mis à fin l'œuure, que meſme tu ne l'ayes bonnement commencé.

TAntum abeſt vt opus ad finem perduxeris, vt minimum vltra principia proceſſeris.

Tantum abeſt vt opus ad finem perduxeris, vt in ipſis penè principijs conſtiteris|hæſeris.

Opus non modo non perfectum| confectum| abſolutum|ad vnguem factum, ſed inchoatum, ac rude reliquiſti.

Tantum abes à perfectione operis, vt principia vix appareant.

Vix opus inſtituiſti| aggreſſus es|vix operis initium feciſti:à fine autem longe diſtas.

Rem tu quidem habes inſtitutam,ſed perpolitio requiritur.

Inſtituta res eſt. non perpolita

Operis tu quidem fundamenta ieciſti, faſtigium adhuc nullum videmus| extat.

Vide Suſceptam rem abiicere.

INCLINARI NATVRALITER.

Durch viel zeichen bin ich gewar worden / das du auß der naturen geneigt biſt zum geitz.

I'ay apperceu par pluſieur ſignes, que tu es de ta nature enclin à l'auarice.

MVltis argumentis inclinatum ac natura propenſum te ad turpiſſimum & execrabile vitium auaritiæ iudicaui.

Quod multis argumentis potuerim conijcere|colligere| intelligere|ſuſpicari, ad auaritiæ vitium natura propendes| tua te ad auaritiam natura ducit|auaritiæ ſtudioſus es hortante natura| naturali quodam ſtudio

ad auaritiam inclinas | sequeris auaritiam naturali quadam naturæ inductione.

INCOLVMIS. INCOLVMITAS rerum.

Deine sachen sein in sich noch gantz.
Tes affaires sont encor en leur entier.

INcolumes tibi sunt adhuc res tuæ.
Integra | salua tibi sunt adhuc res tuæ.
Salua sunt apud te omnia.
Nihil dum perdidisti.
Status idem est, qui antea rerum tuarum.
Eodem loco sunt, quo antea, fortunæ tuæ.
Nihil detractum est de rebus tuis | de fortunis tuis.
Nullam res, aut fortunæ tuæ iacturam fecere.
Nullam res aut fortunæ tuæ damnum tulere | detrimentum passæ sunt.
Nihil aduersi res tuæ subierunt.
Nullam partem desideras fortunarum tuarum.
Nihil tibi eripuit | abstulit | ademit | detraxit | auertit fortuna.
Incolumitatem obtinent res | rationes | fortunæ tuæ.
Bene est rebus tuis.

Dir ist nichts gegen deinen danck geschehen.
Il ne t'est rien aduenu contre ton gré.

NIhil præter voluntatem tibi accidit
Nihil secus | nihil contra quam velis, tibi accidit.

Vide Saluare.

INCOLVMITAS REIPVBL.

Da die sachen der Gemeinden wol giengen / warestu gar milt / nu bistu zu kargk vmb kosten anzuwenden.
Lors que les affaires publiques alloyent bien, tu estois liberal: maintenant tu es chiche à despendre.

DVm Respub. salus erat integra, liberaliter agebas: nunc in faciendo sumptu parcus es, & illiberalis.

Saluis

Saluis rebus | rebus nondum perditis | cum salui eramus | ante publica mala | incolumi | stante | vigente Repub. | cum Resp. suum ius obtineret | possideret | cum Respub. sui iuris esset | cum suo iure vteretur Respub | cùm optimus esset Reipub status | ante casum Reipub | antequam Resp. concideret | occideret | periret. liberalitatem colebas | exercebas | liberalitate vtebaris | eos, quibuscum tibi res esset, liberaliter tractabis: nunc satis moderatè, vel angustè potius impensam facis | nunc in omni re frugaliter | parce | tenuiter | restrictè | infra modum potius, quàm supra modum sumptum facis | nunc tuos sumptus nimis ad frugalitatem reuocas | nimis accuratè frugalitatis regulâ metiris.

INCOMMODARE ALICVI.

Kan ich dir keinen nutz thun, so wil ich dir auch keinen schaden thun.

Si ie ne te puis en rien proufiter, ie ne te veux point incommoder.

SI tibi vtilis esse non possum, incommodare tibi nolo.

Si tibi vtilis esse non possum, nolo incommodo tibi esse | incommodo te afficere | incommodum tibi afferre | parere | præbere.

So viel mich antangt / bin ich zu frieden / so fern es dir kein schaden geschicht.

Quant à moy, i'en suis content, pourueu que cela se face sans ton incommodité.

QVod ad me attinet facilè patior, modo sine tuo incommodo fiat.

Quod ad me attinet, facilè patior, modo ita facias, ne tibi incommodes | ne incommodo tibi sis | ne incommodo tibi sit | ne contra tuum commodum sit | ne tuo commodo aduersetur.

Id ego concedam, quod absque incommodo tuo facere possis | quod commodè facere possis | quod sine molestia tua fiat.

Vide Affligere. Impedire.

INCONSTANS. INCONSTANTIA.

Die Fraw ist von natur vnsteth.
La femme est de sa nature inconstante.

MVlier natura instabilis est.
Mulier natura infirma|mobilis est| natura inconstans est|nunquam eadem est|non sibi constat | mutatur|lemor foliis est.

Ich verwundere mich/das dein gemüth so verändert ist.
Ie m' esmerueille de ce que ton cœur est si changé.

MIror quod tantus animi tui motus factus sit.
Non ita flexibilem esse voluntatem tuam putarem.

Ich förchte nit/das man mich für vnsteth wirt halten/so ich einem vndanckbarn Menschen keine newe wolthaten erzeigen wil.
Ie ne crains point d' estre reputé inconstant, si ie n' ay voulu faire derechef plaisir à vn homme si ingrat & mescognoissant.

NOn puto mihi famam inconstantiæ pertimescendam, si tam ingratum hominem, tam immemorē officii prosequi nouis officiis nolui.

Non vereor ne quis mihi tribuat| ascribat | assignet inconstantiam | leuitati|ne quis in me inconstantis animi|leuis |mobilis|instabilis|parum firmi animi vitium conferat|ne quis mihi notam inurat inconstantię | ne inconstantiæ nomine male audiam |suspectus sim | ne accuset quasi parum in officio cōstans| ne accuset quasi discesserim à pristina consuetudine|à me ipso, si tam ingratum hominem|tā immemorem officii, prosequi nouis officiis nolui.

Vide Constans. Inanis homo. Sententiam mutare.

INCREDIBILE.

Es ist nicht gleubtich.
Cela n' est croyable.

CRe-

CRedibile non eſt. Incredibile eſt.
Credendum non eſt. Non eſt vt credatur.
Non eſt vt credi poſſit.
Non eſt vt habenda fides videatur.
Fidem ſuperat. Veriſimile non eſt.
Mendacium videtur.
Mendacij ſpeciem habet.
Mendacium præ ſe fert.
Veritatis imaginem nullam oſtendit.
Eiuſmodi eſt, vt fide careat | vt adiungi fides nulla poſſit.

Vide Mendacium.

INDIGNVS AMORE.

Dein Sohn iſt nicht wirdig daß er wird geliebet.
Ton fils ne merite d'eſtre aimé.

INdignus eſt amore ac beneuolentia filius tuus.
Filius tuus indignus eſt qui ametur | non eſt qui ametur | nullam virtutem poſſidet, quæ amorem conciliet | nulla præditus eſt arte, quæ amorem, &c.

Omnia prorſus animi bona | omnia deſiderat ornamenta filius tuus, quibus beneuolentia colligitur | quæ ad colligendam | quærendam | comparandam beneuolentiam faciunt | valent | ſpectant | apta ſunt | accommodata | idonea | apposita ſunt.

Nihil eſt in filio tuo, quod homines ad ſe amandum alliciat.

Nihil eſt in filio tuo, quare diligatur.

Nulla arte | ſcientia | virtute | nulla plane re conmendatur filius tuus, vt inire gratiam ab hominibus queat.

Non ita natus | educatus filius tuus, vt adiungere ſibi homines aliqua beneuolentia poſſit.

INDIGNVS BENEFICIO.

Du biſt ſolcher wolthaten nicht wirdig.
Tu n'es digne d' vn tel bienfaict.

TAnto merito indignus es.
Non is es, in quem tanta gratia conferatur.

Non ita meritus|non ea tua merita sunt, vt affici tanto beneficio debeas|vt ferre tantum beneficium debeas.

Non is est animus tuus, qui tantam gratiam capiat|qui tantam gratiam comprehendere|complecti|capere|concipere|excipere possit.

Ineptus est animus tuus ad tantam gratiam excipiendam.

Beneficij magnitudo tua merita vincit.

Impar es tanto beneficio.

Vide Mereri.

INDOCTVS.

Er war nicht sehr gelehrt.

Il n'estoit guere sçauant en bonnes lettres.

Longè aberat à perfecta literarum scientia.

Literas planè non nouerat.

Parum in via literarum processerat.

Non admodum literis institutus erat.

Literas à limine salutauerat.

Literas vix attigerat|gustauerat.

Ex abditis literarum fontibus aut nihil, aut parum hauserat.

Literis erat mediocriter|leuiter|vulgariter eruditus.

Haud satis|haud multum literis instructus erat.

Plane|accurate|absolute|exquisita quadam ratione|excellenter|egregie|præclare literatus non erat.

Reconditæ|interiores, exquisitæ|singulares|egregiæ in illo literæ non erant, sed vulgares.

Vide Ignorare. Rudis.

INDVMENTVM HISPANIENSE.

Er war auff Spanisch gekleidet.

Il estoit accoustré à l'Espaignole.

Hispanorum more indutus erat.

Hispaniensi ornatu indutus erat.

Hispaniensi more indutus erat.

Speciem hominum Hispanorum vestitu referebat|præ se ferebat.

Indutus erat, vt in Hispania solet| vt Hispaniæ mos & consuetudo fert.

INFAMIA. INFAMIAM FERRE.

Du hast mir schand angethan. *Tu m' as diffamé.*

IGnominia sum à te affectus.
Tuli à te ignominiam.
Ignominiosè sum à te tractatus.
Mihi ignominiam intulisti| attulisti.

Das wirt ihnen mehr schand sein als dir.
Cela leur tourne a à plus grand les honneur, qu' à toy.

PLus ipsi subibunt infamiæ, quàm tu.
Plus illi ipsi subibunt dedecoris quàm tu.
Hoc illis plus afferet infamiæ, quam tibi.
Plus illi ferent ignominiæ, quàm tu.
Grauior ad eos, quam ad te, redundabit infamia.
Hoc illis vitio magis dabitur, quam tibi.
Hoc illis vitio potius tribuetur, quam tibi.
Id maiori illis fraudi, quàm tibi, erit.
Plus illi ferent culpæ, quàm tu.
Culpæ plus in eos, quàm in te, conferetur.

Vid. Dedecus Detrahere. Iniuriam inferre grauissimam. Vituperare.

INFIDELIS. INFIDELITATIS NOmine suspectus.

Man zweiffelt an deiner trew und glaub.
L'on se doutera de ta fidelité.

ERit cur de tua fide non bene homines existiment.
Venies in suspicionem infidelitatis| parum bonæ fidei| parum rectæ fidei.
Tua fides in suspicionem adducetur| in dubium veniet| in dubium vocabitur.
Suspectus eris nomine infidelitatis.
Caussam afferes de tua fide secus existimandi.

Vide Fidem violare.

INGENIVM ADHIBERE.

Stelle dein verstand ins werck/ damit du den grossen schaden mögest erholen.
Employe tout ton esprit à reparer aucunement si grand dommage.

INgenium intende, vt aliquam tam grauis damni sarciendi rationem ineas.

Ingenium adhibe|ingenium confer huc|ingenium cōfer in hanc vnam curam|intende aciem ingenii tui|acue tuum ingenium, vt quod accepisti damnum, aliqua re compensetur.

INGENIVM PRÆSTANTISSImum. Ingeniosus.

Mich dünckt/daß du auß der massen ein gut verstandt hast.
Mon opinion est que tu ayes vn singulier esprit.

INgenium in te sentio esse summum.

Ingenium in te sentio esse eximium| egregium | non mediocre| nō vulgare|non quale multis contingit| exquisitum|rarum | singulare | præstans | acutissimum| plane diuinum.

Acutissimam esse aciem ingenij tui|egregio te à natura instructū ingenio | minime te esse hebetem ad id, quod melius sit, intelligendum, iudico.

Eam esse ingenii tui aciem iudico, nihil vt non videas|assequaris|facile intelligas|scientia comprehendas.

Ingenij tantum in te duco esse, quantum potest esse plurimum.

Ingenium tuum, quod tu partim à natura accepisti, partim arte limasti, mirificis te laudibus afficit.

De ingenii tui præstantia|vi|acie ita statuo, neminē anteferri tibi posse, paucos admodum conferri.

Præstare|excellere|florere te ingenio|ingenio te vel omnibus antecellere, vel certè nemini concedere, iudico.

Cum amori, quem inter nos mutuum esse intelligo, mul-

multum tribuo, tum de ingenij tui præstantia ita iudico, vt neminem tibi anteponam, comparem paucos.

Vide Solers Aptus ad omnia.

INGRATVS. INGRATITVDO.

Du thust mir kein freundschafft, wie ich dir gethan habe.

Tu ne me fais aucun plaisir, en recompense de ceux que ie t'ay fait.

GRatiam non refers. Gratiam non reddis.
Gratiam à te non fero. Ingratum te præbes.
Officium non præstas. Ingratè agis.
Officium in te requiro|desidero.
Meis in te meritis non respondes.
Mea erga te non imitaris officia.
Non soluis id quod debes.
Officia mea tuis officijs non compensas.

Ich hasse den mangel der vndanckbarkeit gar sehr.

Ie hay mortellement le vice d'ingratitude.

VItium ingrati animi pessimè odi.

Nullum odiosius mihi crimen est ingrati animi culpa.

Nullum hominum genus acerbius odi|peius odi|acerbiore insector odio, quam qui gratiam bene meritis non referunt | quam qui de gratia referenda minimum cogitant | parum laborant.

Cum omnia crimina, tum verò prætermissæ gratiæ|neglecti officii culpa grauis|admodum molesta | odiosa mihi est.

Vide Beneficiorum immemor. Remunerare.

INGREDI.

Die thür stehet dir offen/kom herein wenn es dir beliebet.

La porte t'est ouuerte, entre toutesfois & quantes que tu voudras.

Fores tibi patent, ingredere quoties velis.

Fores tibi patent, sub |introi|intra|introueni|transi|accede, quoties velis.

Dein hauß ist für niemands geschlossen.
Ta maison n'est fermee à personne.

TVæ ædes nemini clauduntur.

Tuæ ædes nulli obserantur | apertæ sunt omnibus | expositę sunt omnibus | patent omnibus.

Fores tuarum ædium nemini clausæ sunt | neminem aditu prohibent | omnes recipiunt | admittunt.

Nemo est cui tuarum ingressus ædium denegetur | liber non sit.

Quicunque vult, tuas ædes ingreditur.

Nemo ab ædibus tuis excluditur | repellitur.

Nemo tuas ædes adit, quin intromittatur.

Vide Iter interclusum.

INHONESTVM.

Es gezimet sich nit das du deinen Vatter verlassest der mit kranckheit armut vnd alter vmbgeben ist.
Il n'est pas conuenable, que tu delaisses ton pere affligé de maladie, pauureté, & vieillesse.

DEseri à te patrem tot affectum incommodis inopię, valetudinis, senectutis, minime honestum est.

Destitui à te patrem tot affectum incommodis inopiæ, valetudinis senectutis, haud æquum est | haud par est | minime rationi consentaneum est | non decet | non conuenit | non oportet | ius non est | fas non est | nefas est | iniquum est | flagitium est | criminis est | turpe est.

Vt parentem deseras afflictum inopia, morbo, senectute | in summis constitutum difficultatibus inopiæ, valetudinis, senectutis, honestum non fert | non patitur | ratio non permittit | non concedit.

Si patrem destitues afflictum inopia, morbo, senectute, culpam committes | flagitium facies | flagitiose facies | facies inique | facies iniuste | inhoneste | turpiter | improbe | facies præter honestum | æquum | ius | facies contra honestum | æquum | ius | non vt honestum suadet, facies | non vt æquum est | non vt ius est | non vt par est, non vt decet | non vt conuenit, facies.

Vide Loqui turpiter.

INIMICITIÆ. INIMICVS.

Er tregt kein gut hertz zu mir.
Il est mal affectionné enuers moy.

ANimo est in me non satis æquo.
Iniquiore animo erga me est.
Æquus mihi non est.
Paulo iniquior in me est.
Inimice mecum agit.
Odio me insectatur capitali.

INIMICITIAS SVBIRE.

Du wirst dir viel feind machen.
Tu te feras beaucoup des ennemis.

GRaues suscipies inimicitias.
Graues subibis|adibis inimicitias.
Grandes tibi erunt inimicitiæ.
Venies ad inimicitias.
Graue odium aduersus te concitabis.
Odium subibis acerbissimum.
Habebis qui tibi vehementer offensi sint.
Incurres in odium capitale.
Excitabitur odium aduersus te.
Aduersus te odium creabitur.
In odium venies. Odium suscipies.
Odium in te conuertes.

Vide Conijcere ex facie. Gratia alicuius excidere.

INIMICOS OCCVLTOS HABERE.

Du hast viel verborgene feind.
Tu as beaucoup des cachez ennemis.

NOn paucos habes, qui tibi tacitè infensi sunt.
Multi sunt in te obscuriùs iniqui.
Multi infenso animo atque inimico in te sunt, quãuis id te lateat.

Multi licet tacitè, inimico animo tecum agunt.

Multorum tacitas atque occultas inimicitias subijsti.

Aduersus te multorum inimicitias concitasti, licet non indictas atque apertas.

INIVRIAM INFERRE.

Dieses thetestu mir mit recht / wenn ich dir vnrecht gethan hette.

Si ie t' auois fait quelque tort, tu aurois occasion de me faire ce que tu me fais.

IVre hæc in me conferres, si quando ipse tecum iniquius egissem.

Iure hæc in me conferres, si iniquior tibi fuissem| si iniurius tibi fuissem| si iniuriosus in te fuissem| si iniuriosè te tractassem| si iniuriam tibi fecissem| intulissem| imposuissem| obtulissem| si te aliquâ affecissem iniuriâ| si à me accepisses| tulisses iniuriam| si me iniurium| iniuriosum| iniquum| grauem sensisses| si me tuis commodis aduersum aut infensum tibi sensisses| expertus esses| si qua te re læsissem| si tuus esset animus à me offensus| si tuus animus aliquam molestiam à me accepisset, si de tuis commodis aliquando detraxissem| si tuis commodis obfuissem| obstitissem| aduersatus essem| si quà esses à me lacessitus| prouocatus| commotus iniuria.

Du hast vnrecht mit mir gehandlet/ aber ich wil dirs einmahl vergelten.

Tu m' as traicté iniurieusement, mais viendra le temps que ie te rendray la pareille.

INiquè mecum egisti, sed erit cùm idem tibi reponam.

Iniuriosè me tractasti| tractasti me acerbè| iniquè| amarè| contra iura omnia| aduersus iustitiæ leges| contrà quam iustitia præscribit| contrà quàm meritus sum| iniuriam mihi fecisti| intulisti| iniuriam aduersus me intulisti| iniuriâ me affecisti| lacessisti| prouocasti| iniuriam abs te tuli| passus sum| læsus à te sum immerito

meo|

meo|nullo meo merito|nulla culpâ|nihil tale meritus| læsisti me immerentem|innocentem | nullius affinem culpæ|omnis expertem culpę| ab omni vacuũ culpa,sed parem aliquando gratiam referã|sed pari te munere remunerabor| sed par pari referam | sed merita meritis compensabo|sed erit cùm idem tibi reponam.

INIVRIAM INFERRE GRAuissimam.

Vnder allem vngleich dz er mir gethan/ ist mir kein schwerers gefallen/ als daß er meinem freund vnrechter massen hat wöllen schand anthun.

Entre toutes les iniures qu' il m' a fait, il n' y a pas vne qui me soit si grieue que celle que i' ay receu, lors qu' il a pourchassé iniquement le deshonneur à mon ami.

EX omnibus iniurijs, quas in me contulit,nulla grauior mihi fuit, quàm cum amici mei dedecus quæsiuit.

Ex omnibus iniurijs, quas in me coniecit| quibus me affecit| quibus me vexauit | exagitauit | insectatus est,nulla me grauius affecit | grauiorem nullam sensi| grauiùs nullam tuli, quàm cùm amici mei ignominian | dehonestamentum per summam iniuriam nefandumque scelus quæsiuit | quam cum infamiam amico meo machinatus est.

INIVRIAM REFERRE.

Ich will dir deßgleichen thun.

Ie te rendray aisement la pareille.

FAcilè idem reponam Possum par pari referre.
Is sum,qui te ferre iniuriam facile possim.
Possum æquè te tractare.
Feres à me,quod intulisti.
Impune tibi non erit, quòd iniuria me affeceris.
Vlciscar iniurias tuas.
Impunita non erit | inulta non relinquetur iniuria tua.
Memorem iniuriæ me senties|experieris.

Vide Iniuriam inferre. Remunerare. Vindicare.

INIVRIAS OBLIVISCI.

Ich gedenck nicht mich zu rächen.
Ie ne pense, rien moins qu' à me venger.

DE vltione nihil planè cogito.
Omnem acceptæ iniuriæ memoriam ex animo deleo.
Vltionem minimè cogito.
Animus vltionem non spectat.
Vltionis omne libenter consilium abijcio | depono | omitto.
Abduco animum ab vlciscendi consilio.
Vide Parcere. Putare.

INNOCENS.

Ich hab daran kein schuld.
Ie ne suis pas coulpable de cela.

LOnge remotus à culpa sum.
In me conferenda culpa non est.
Mihi assignanda | adscribenda | attribuenda culpa non est.
Culpa careo. Procul absum à culpa.
Culpa vaco. Culpam ego non sustineo.
Expers culpæ sum. Affinis culpæ non sum.
Purus culpa sum. Culpam ignoro.
Longissimè absum culpa.
Tam absum à culpa, quàm qui maximè.
Culpæ mihi non sum conscius.
Extra culpam sum. In culpa non sum.
Vide Impunitus. Vir bonus. Iniuriam inferre.

INNOCENTEM ACCVSARE.

Du klagst mich zu vnrechtan.
Tu m' accuses iniustement.

ACcusas me innocentem.
Accusas me immerentem | insontem | nullo meo merito |

merito| immerito meo| iniuria| iniustè|inique|contra ius & æquum| absque mea culpa.

Commissum a me nihil est quare videar accusandus.

Non erraui | non peccaui | non deliqui| lapsus non sum| nullam in culpam incidi | nullam commisi culpam|nihil commisi|admisi|perpetraui|nullo me scelere adstrinxi |obstrinxi|maculaui|inquinaui: tamen abs te accusor.

Tu vacuum à culpa damnas| culpas| in iudicium vocas|reum facis|persequeris.

Vitio tribuis | vitio vertis | fraudi das immerenti| ei qui culpam non commisit.

Confers culpam in me expertem criminis.

Me innoxium exagitas | in culpam vocas | in infamiam vocas | in infamiam adducis sine causa | immerito.

INNOCENTEM CONDEMNARE.

Die vnschuldigen werden offtmals verurthelt.

Les innocens sont souuentes fois condamnez.

SÆpè condemnantur innocentes.

Qui culpam non admiserunt, damnantur iudicio| iudicum sententijs damnantur.

Multi falso scelere damnantur.

Multi falso crimine damnantur.

Multi immerita damnatione afficiuntur.

INOPIA PREMI.

Cæsar hat im Spanischen Krieg Pompeij Läger in die eusserste noth aller ding gebracht.

En la guerre d'Espagne Cæsar a reduit les gens de Pompeius à vne extreme necessité de toutes choses.

CÆsar Hispaniensi bello Pompeij copias in summas angustias compulit.

Cæsar Hispaniensi bello Pompeij copias in maximas omnium rerum difficultates coniecit.

Cæsar Hispaniensi bello Pompeij copias eò redegit, vt omnium rerum penuria laborarent | vt inopia preme-

premerentur|conficerentur|vt rerum omnium inopia pessimè acciperentur|vt in maximis angustijs|difficultatibus versarentur|vt plurimis incommodis afficerentur|vt plurima sustinerent incommoda.

Hispaniensi bello Pompeij copias Cæsar ad rerum omnium egestatem adduxit|Pompeij exercitum Cæsar non solum ad summam rerum bellicarum indigentiam, sed ad ipsius victus angustias redegit.

Vide Pauper.

INSANIA. INSANVS. INsanire.

Er raset. Er ist nicht wol bey sinnen.
Il resue. Il est hors de son bon sens.

DEsipiens est.
Delirus|stultus|demens|insanus est.
Delirat, Desipit. Insanit. Discessit a mente.
Desertus|destitutus est à mente.
Mens eum & ratio reliquit.
Mentem amisit. Mente captus est.
Mentis lumine obcæcatus est.
Mentis compos non est.
Mentis inops|expers est.
Inops à mente est.
A ratione auersus|omni ratione carens est.

Vide Furere.

INSANIA PERPETVA.

Er ist durch grosse pein in solche dollerey gefallen / daß er nicht wieder zu sinnen kommen kan.
La douleur luy a tellement raui le sens, qu' il ne l' a iamais peu recouurir.

VI doloris ita insanijt, vt rectum animi sensum nunquam receperit.

Vi doloris ita insanijt, vt mentem|vt rationem nunquam receperit|vt rationem in perpetuum amiserit|vt ad sanitatem nunquam redierit.

Vi doloris in morbum insaniæ ita incidit, vt nunquam

quam

quam poſtea conualuerit|vt nunquam furorem depo-ſuerit|vt bonam mentem nunquam reuocauerit|vt à furore|dementia nunquam ſe ad ſanitatem retulerit.

Vi doloris ita diſceſſit à mente|ita mentem perdidit, vt illum nemo poſtea ratione præditum viderit.

Inſaniç morbo ita affectus eſt vi doloris, vt nũquam poſteà conualuerit.

INSIDIARI.

Welchen ich am meisten vertrawet/ die haben mir liſt vnd fallſtricken gelegt.

Ceux auſquels i'adioutois le plus de foy, m'ont dreſſé des embuſches.

QVorum ego fide nitebar maximè, ij mihi inſidias fecerunt.

Quibus ego fidei habebam plurimum|quibus apprime credebam|quorum in fide multum ponebam|quorum eſſe minimè dubiam, aut infirmam fidem exiſtimabam, ij mihi inſidioſe vim|damna|ignominiam intulerunt|obtulerunt|ij me inſidioſe tractarũt|inſidijs me petiuerunt|oppreſſerunt|prodiderunt|ij à me defecerunt|deceperunt|ij mihi inſidiati ſunt|mihi inſidias parauerunt|contra me dignitatemque meam inſidias poſuerunt|per inſidias nocere mihi conati ſunt|inſidias mihi collocarunt|inſidias mihi per nefarios homines compararunt|ex inſidijs vitam meam petiuerunt|inſidijs iugulum meum petiuerunt.

Vide Fallere.

INTELLIGERE.

Dein brieff wie ich leichtlich hab können verſtehen/ ſeind im gar angenehm geweſen.

Tes lettres, comme i'ay peu entendre, luy ont eſté tres agreables.

LItteræ tuæ, quod facilè cognouerim, ei periucundæ fuerunt.

Lit-

Litteræ tuæ, quod facile intellexerim | senserim | coniecerim | [illegible] m, nolle potuerim, ei periucundæ fuerunt.

Tuæ literæ, quod facile intelligere | sentire | coniicere licet, | [illegible] voluptatem attulerunt.

In[illegible] coniectura consequi licuit, lætitiam ei pepererunt.

Vt primum [illegible] ere | animaduertere potui | vt signis | cogitatione comprehendere potui | vt animo | animis | mente | mentibus comprehendere potui, literæ tuæ summum ei gaudium, summamque iucunditatem attulerunt.

Quantum mens mea capere potest | vt ego à multis, quorum minime dubia fides est, accepi, tuæ literæ magna illum iucunditate affecerunt | extulerunt | tuæ literæ magna eum voluptate perfuderunt.

Vide Conicere. Certò scire. Prouidere futura.

INTERDICERE ALICVI SACRIS,
quod vulgo dicitur Excommunicare.

Es stehet der Kirchen zu jemand in den bann zu thun.
C'est à faire à l'Eglise d'excommunier quelqu'vn.

SOcietate Christianorum alicui interdicere, Ecclesiæ est.

Commercio | consuetudine | vsu | communione | sacris | sacrorum vsu | fanis | conuictu Christianorum alicui interdicere | Christianorum aliquem arcere | excludere, Ecclesiæ est.

Der mag mit den Christen keine gemeinschafft halten / welcher die Kirch nicht erkennet für ihr Kind.
Celuy qui n'est recogneu de l'Eglise pour fils, ne doit conuerser auec les Chrestiens.

NEfas est ei inter Christianos versari, quem Ecclesia filium non agnoscit.

Nefas est ei sacris interesse | templa adire, quem Ecclesia filium non agnoscit.

INTEREST MEA, NON TVA.

Das ist dir nichts aber mir viel angelegen.

Cela ne t'importe nullement, mais à moy beaucoup.

HOc tua minimum refert mea plurimum.

Hoc tua nullam in partem interest, mea plurimum.

Hoc ad te nihil, ad me valde pertinet.

Tua res in hoc nulla, mea vero agitur maxima.

Hoc ad tuas res momenti nihil habet | vim nullam habet | minimum valet | ad meas valet in omnes partes | ad meas multum interest, refert | ad meas multum habet ponderis.

Vide Officium.

INTERROGARE.

Wo fern du mir nicht glaubst so frag deinen Vatter.

Si tu ne me crois pas, demande à ton pere.

SI mihi fidem non habes, roga patrem tuum.

Si mihi fidem non habes, interroga patrem tuum | quære de patre tuo.

Fidem apud te si non habet oratio mea, sciscitare | cognosce patris tui sententiam.

Si mihi non credis, patris tui voluntatem | iudicium exquire.

Vide Respondere.

INTVERI.

Die Menschen haben die gewohnheit / das sie in widerwertigkeit die augen gen Himmel auffheben.

Les hommes ont de coustume, d'esleuer en aduersité les yeux au ciel

HIc est mos hominum, vt in repentinis aduersisque casibus cœlum intueantur.

Ita more comparatum est, vt homines, si quid & præter opinionem, & contra voluntatem acciderit, cælum suspiciant | aspectent | ad cælum suspiciant | aspicient | spectent | ad cælum oculos tollant | aciem oculorum intendant | ad cælum intueantur.

Vide

Vide Cæcus. Videre.

INVIDIA. INVIDVS. INVIDERE.

Es sind viel, denen meine ehr / welche ich in dieser gemeyn hab wehe thut

Il y en a plusieurs, qui sont fort marris du de gré d' honneur auquel ie suis en ceste Republique.

SVnt quos meus in hac Repub splendor offendat.

Sunt quos meus in hac Repub. splendor lædat | pungat | angat | solicitet | afficiat | vrat | torqueat | excruciet | grauius afficiat | vrgeat | dolore | cura | molestia | solicitudine afficiat.

Non desunt, quos mea dignitas | mea amplitudo male habebat | quibus dolori sit meus honor.

Florere me dignitate | existimatione | honore | tantum honoris mihi haberi | tantum mihi dignitatis | auctoritatis | gratiæ | existimationis | splendoris haberi, nonnulli moleste | grauiter | acerbè | ægre | iniquo animo | non satis æquo animo | non facile | non leuiter | non patienter ferunt.

Angit animos quorundam hic splendor meus.

Solicitos habet quosdam hæc species | hæc dignitas mea.

Multi mihi dignitatem meam inuident.

Multos in inuidiam rapit honor meus.

Permulti inuidia flagrant | conflagrant | disrumpuntur | permulti inuidiæ incendio conflagrant, quod me in Rep. videant eminentem.

Valde me multorum [illegible] inuidia | mihi multum est cum inuidis negotii | [illegible] torum animos maleuolentia in me [illegible] habent plurimi ex eo, quod ad tantos honorum gradus in Republica conscenderim.

Vide Iudex sincerus.

INVIDIOSVS.

Er ist in eines jeglichen haß gefallen.

Il est tombé en la disgrace de tout de monde.

IN summam omnium inuidiam incidit.

In summam omnium inuidiam actus est.

Sic egit | ita se gessit, vt odio illum omnes habeant| vt in illum nemo sit optimè animatus | vt nemo illi faueat|vt nemo de illo bene existimet.

Nulla fruitur hominum beneuolentia.

Premitur odio multorum. Inuidiæ est.

Odio est. In inuidia est. In odio est.

Deine milt gtert wird dir von allen ehrlichen Leuten für vbel auffgenommen.

Ta largesse offence les cœurs des bons.

INuidiosa est apud omnes bonos tua largitio.

Inuidiam tibi parit|inuidiæ tibi est ista largitio.

Ista largitio lædit animos bonorum.

Tua largitione grauius afficiuntur bonorum animi.

Largitione alienas à te bonorum animos.

Wer ists dem nicht mißgönnet ist gewesen?

Qui est celui qui iamais n'a esté enuié?

QVis est, quem nulla vnquam attigit inuidia?

Quis est, qui inuidiam non experiatur?

Quem non mordet inuidia, graue monstrum est.

Vide Odiosus.

IRA. IRASCI. IRACVNDVS.

Du machst mich zornig / wiewol ich von natur nicht zum zorn geneigt bin.

Tu me fais courroucer, bien que de nature ie ne suis inclin à courroux.

BIlem mihi commoues, etsi nequaquam iracundus homo natura sum.

Stomachum mihi facis|me inducis|impellis|incitas ad iram, etsi nequaquam iracundus homo natura sum.

Facis vt irascar|vt ira commouear|afficiar|corripiar| vt excandescam|vt ira flagrem, etsi nō procliuis sum ad iram | etsi non pronus | propensus| inclinatus sum ad iram | etsi non iræ deditus sum | etsi non is sum qui ad iram facile labar | etsi sum alienus| longe remotus

ab ira | quanquam iuris in me parum habet ira | qu
quam minime mihi dominatur ira | quamuis non
modum ad iram propendeam | inclinem.

Vt ab ira longe absim, me tamen iratum facis.

Er ist gar zornig worden.
Il est entre en grand cholere.

EXarsit iracundia vehementi.
Vehementer exarsit | excanduit.
Vehementer commotus | incensus est.
Inflammatus est ira vehementi.
Furere cœpit Stomachari cœpit.
Furor illum inuasit.
Animo irato ac percito omnia facit.
Ira atque furore percitus est.

Vide Impatiens.

IRATVS OMNIA CVM DEdecore agit.

Alles was du auß einem zornigen muth thun werdest / w dir zu schand gereichen.
Tout ce que tu feras en cholere, te tournera à des honneur.

QVidquid irato animo ages, ages tuo cum dedecore.

Quidquid animo ira commoto ages | quidquid animo ira agitato ira affecto ages, ages tua cum infam ages tua cum ignominia.

Quidquid ages ira commotus | adductus | induct impulsus | incitatus, actus | accensus | inflammatus ac cus consequetur | infamiæ turpis nota consequetur.

Si quid iracundiæ vi compulsus ages, turpi te mac inquinabis | turpi te labe inficies.

IRE.

Sie zogen nach dem König von Spanien.
Ils s'acheminoyent vers le Roy d'Espaigne.

PRoficiscebantur ad Regem Hispaniæ.

Iban-

Ibant|commeabant|iter habebant ad Regem Hiſpaniæ.

Petebant|adibant Regem Hiſpaniæ.

Adibant ad Hiſpaniarum Regem.

Conferebant ſe|recipiebant ſe ad Hiſpaniæ Monarcham.

Eiat illorum iter Regem verſus|ad Regem verſus.

Vide Iter ſuſcipere.

IRRELIGIOSVS.

Du biſt nicht ſehr andächtig.
Tu n' es pas fort deuot.

NOn ſatis diligenter Deum colis.

Parum piè in templo verſatis.

Minus religioſè|minus quàm conueniat, ſacris operam das.

Satis pie non agis in templo.

Pietas in te deſideratur.

Pietas in te requiritur.

Non eam pietatem|religionem, quæ Deo debetur, præſtas in templo.

Vide Religioſus.

ITER DIFFICILE HYEME.

Die wege ſeind des Winters ſehr böß.
Le chemin eſt fort mal aiſe en temps d' hyuer.

VIæ ſunt hyeme difficiles.

Viæ ſunt hyeme incommodæ|impeditæ|abruptæ|iter habentibus odioſæ.

Admodum hyeme difficiles|plenæ laboris & moleſtiæ ſunt viæ.

Qui ſe per hyemem in viam dant, moleſtiam itineris non mediocrem ſuſtineant neceſſe eſt|in multas incidunt difficultates|multos perpetiantur labores|incommoda|odioſa|dura minime pauca ſubeant.

Iter habentibus difficultates occurrunt multæ, præſertim viæ hyberno tempore.

Hyeme proficiſcentibus viæ difficultates|iniqui-

tates|impedimenta opponunt maxime| impedimento vehementer sunt.

Nihil incommodius, quàm hyeme iter habere.

Per hyemem itinera sunt incommodi plena, interdum etiam periculi.

Multa subeunt pericula, multa incommoda, qui per hyemem iter suscipiunt.

Vide Angusta loca.

ITER INTERCLVSVM.

Der weg ist geschlossen.

Le passage est fermé.

ITer interclusum est Interclusa via est.

Transitus interdictus est. Non patet aditus.

Non datur aditus. Obsepta via est.

Impeditum|interceptum|obsessum iter est.

ITER SVSCIPERE.

Gibe dich nicht auff den weg es sey dann das du wol gesund bist.

Ne te mets point en chemin, si tu n'es en bonne santé.

ITer ne suscipias, nisi corpore bene firmo.

Ne te viæ committas|ne te in viam des|ne ad iter aggrediaris| ne viam ineas | itineris consilium abijce | omitte| dimitte, nisi recte vales| valeas| nisi optimâ vares valetudine|nisi confirmato corpore sis.

Peregrinandi consilium, nisi valetudine firma vtaris, omitte.

Vide Ire.

IVBERE INHONESTA, aut difficilia.

Du befehlest mir, das mir nicht wol möglich ist zu thun.

Tu me commandes choses, lesquelles à grand peine te puis executer.

ID fieri à me vis, quod perficere vix possum.

Soles ea mihi imponere, quæ sustinere vix possum.

Dura,

Dura|difficilia|grauia nimis mihi imperas.

Magni negotij est| summæ difficultatis est| operæ nō exiguę est, ad exitum ea perducere, quæ in mandatis à te habeo.

Ea mihi imperas, quæ vires meas exuperant, quæque honestatis fines transilire videntur.

Ea iubes| ea mihi præcipis|mandas|committis,quæ vires meas exuperant, quæque honestatis fines transilire videntur.

Id fieri à me vis, quod exequi| efficere|præstare neque debeo,neque possum.

Das mihi rem in mandatis,neq; honestam, & eiusmodi,quæ vires meas exuperet.

Vide Imperare. Committere aliquid alteri.

IVDEX SINCERVS.

Du richtest nach rechter vrsachen/welches sie nicht thun können vmb neid vnd bößwilligkeit willen.

Tu iuges selon droict & raison, ce qu'eux ne peuuent faire, pour estre trop passionnez d'enuie & maluueillance.

A Certo & vero sensu iudicas, quod isti ne faciant, maleuolentia & liuore impediuntur.

Non tuæ mentis oculos liuor obducit| rectum animi sensum in iudicando sequeris|tuum iudicium ratio dirigit ac moderatur| quod ratio præscribit ac probat, id iudicas,quod istis per maleuolentiam non licet.

Tuum iudicium cum ratione congruit, quam istis facultatem eripuit liuor & maleuolentia.

Vide Sincerus.

IVDICARE, *id est*, IVS ADministrare.

Er helt das Gericht nun in dieser dann in der ander Statt.

Il entendles procez, tantost en vne ville, tantost en l'autre.

MOdò in hoc, modò in illo oppido ius administrat| forum agit.

Modo in hoc, modo in illo oppido ius dicit | distribuit | litigantes audit | res iudicat | causas cognoscit | iudicat de controuersijs | disceptat controuersias | de controuersijs.

IVDICIVM BONVM AN NATVrâ, an arte contingat.

Ich weiß nit, ob das gute vrtheil auß der naturen kompt/ oder durch kunst.

Ie ne sçay pas si le bon iugement vient naturellement, ou par art.

VTrùm is, qui iudicio valet, naturæ debeat, an arti, nescio.

Vtrum is qui rectè iudicat, qui optimo iudicio vtitur | qui iudicio præstat | excellit | qui facultatem habet optimè iudicandi | qui iudicio abundat, naturæ debeat, an arti, nescio.

Naturáne priuilegio concedatur, an sit ab arte ac disciplina petendum iudicium, nescio.

Iudicij præstantia | excellentia | vis | subtilitas | vtrum à natura, an ab arte ac disciplina proficiscatur | contingat | manet, nescio.

Naturáne bonum sit iudicium, an potiùs in studio | arte | disciplina | doctrina | ratione situm, haud planè scio.

An bonum iudicium sit eiusmodi | quod doctrinà tradatur | à præceptis ducatur | discatur à magistris, haud planè scio.

Nondum planè constitui | nondum satis habeo constitutum, deliberatum | exploratum | explicatum | certum, naturæ ne, an disciplinæ beneficio iudicium contingat.

IVRARE.

Ich schwere dir daß die sach also ist.

Ie te iure que l'affaire est en cest estat là.

IVratus tibi affirmo, ita se rem habere.

Iuiurando tibi polliceor atque confirmo eiusmodi rem esse | eiusmodi rei statum esse | in hoc statu rem esse.

IVRANDI FORMVLÆ.

So muß mir Gott helffen.
Ainsi Dieu puisse me aider.

ITa me Deus amet.
Ita mihi propitius sit Deus.
Ita mihi Deus benefaciat|faueat|adsit.
Ita me Deus respiciat|iuuet|seruet|tueatur|destituat|non deserat.
Ita mihi à Deo prospera contingant omnia.
Ita mihi optata contingant.
Ita, quæ opto, feliciter eueniant.
Ita mihi bene sit.
Ita meis rebus feliciter eueniat.
Ita viuam. Ita diu feliciterque viuam.
Ita ad voluntatem cuncta fluant.
Ita diurturnâ lucis vsurâ fruar.
Ita mihi cùm diuturnus vitæ cursus, tùm facilis etiam tranquillusque sit.
Ita meis optatis fortuna respondeat.
Ita sim saluus|incolumis|felix|beatus|malorum expers|ignarus aduersæ fortunæ.
Ita nihil aduersi videam in vita.
Ita nunquam aduersam fortunam experiar.
Ita perpetuò secundam fortunam experiar.
Ita fortunâ vtar perpetuò bona.

So muß mich Gott straffen.
Ainsi soi ie chastié de Dieu.

MAlè mihi Deus faciat. Perdat me Deus.
Ne viuam Ita moriar. Ne valeam.
Ne sim saluus. Dispeream.
Deum sentiam iratum. Malè mihi sit.
Nihil ex animi sententia succedat.
Excludat omni commodo.
Aduersa mihi sint omnia.
Cadat infeliciter quicquid ago.
Infensa|iniqua|aduersa omnia experiar.

IVSTITIAM COLERE.

Im regiment der Gemeynden müſſen wir allein acht haben auff die gerechtigkeit.

Au gouvernement de la Republique il ne faut avoir regard qu' à la iuſtice.

IN adminiſtranda Republica id ſolum ſpectare debemus, quid iuſtitia poſtulet.

In gubernanda|regenda|capeſſenda|tractanda|curãda|gerenda republica, id ſolum ſpectare debemus, quid iuſtitia poſtulet.

In adminiſtratione Reipub. ſpectandum eſt, quid ratio præcipiat|conſcientia proponat.

In omni publico munere conſiderandum eſt, quid ſit iuſtitiæ|quid ſit rationi conſentaneum|quid cum iuſtitia|quid cum ratione congruat|conueniat|conſentiat.

In adminiſtranda Republica|in omni publico munere habenda iuſtitiæ ſumma ratio eſt|vna ſpectanda iuſtitia, nihil præterea|de vna iuſtitia laborandum|ſequi eam iuſtitiam debemus|agere cum iuſtitia|iuſte|recte|honeſte debemus, honeſtum tuendum eſt ſolum|noſtra conſilia|noſtras actiones ad vnam iuſtitiã referre decet|propoſitam habere iuſtitiam debemus|iuſtitiæ ſeruire|ad iuſtitiam incumbere|iuſtitiam colere|exercere debemus.

Non eſt in adminiſtranda Republica ne latum quidẽ vnguem|ne minimum quidem|ne tantillum quidem à iuſtitia diſcedendum|recedendum.

Es ſeind wenig nun zur zeit die auff die Gerechtigkeit achten.

Il y a peu de gens pour le preſent, qui ſe ſoucient de iuſtice.

PAuci ſunt in hac ætate, quibus iuſtitia curæ ſit.

Pauci ſunt hac ętate|pauci ſunt his temporibus, quibus iuſtitia cordi ſit|qui de iuſtitia laborẽt|ſoliciti ſint|qui iuſtitiam curent|tueantur|apud quos iuſtitia locum habeat|apud quos iuſtitiæ locus ſit|qui ſe iuſtos præbeant.

IV-

IVSTITIAM VIRTVTES omnes comitantur.

Die gerechtigkeit beschleust in sich alle tugend.
La iustice comprend en soy toutes les vertus.

IVstitia complectitur omnes virtutes.
Iustitia continet|comprehendit omnes virtutes.
Omnes insunt in vna iustitia virtutes.
Virtutes omnes iustitia continentur|comprehenduntur.
Omnes ad vnam iustitiam virtutes referuntur.
Omnes virtutes ab vna iustitia pendent | in vna iustitia includuntur.
Qui iustitiam tenet, non est vt virtutem vllam præterea desideret|requirat|expetat.
Nulla virtute iustus caret.
Nulla virtus abest à iusto.
Coniunctæ sunt| colligatæ sunt |connexæ sunt cum iustitia virtutes omnes.

IVVENIS. IVVENTVS.

Du bist jetzt im besten deines lebens.
Tu es en la fleur de ton aage.

FLores ætate. Ætate viges| vales.
Firmus|validus es.
Viget ætas Integra|firma| valida ætate es.

Ich verwundere mich nit/ dz du die falschheit dieser Welt nit erkennen kanst angesehen das du noch jung bist.
Ie ne m'esmerueille point de ce que tu ne peux apperceuoir les tromperies de ce monde, attendu que tu es encor en ton ieune aage.

SI, quid insidiarum in vita sit, minus dispicis, minimè miror, cum adhuc intra iuuentutis annos tua versetur ætas.
Si, quid insidiarum in vita sit, minus intelligis, minime miror, cum ex iuuentute nondum excesseris|cum adhuc ætatis tuæ tanquam in vere sis.
Si, quid insidiarum in vita sit, minus vides, non miror, cum in ea sis ætate, quæ valet viribus, à prudentia

infirma est|cum in ea sis ætate, quæ viribus floret, à prudentię maturitate procul abest|cum ea sis ætate, quæ longe distat à prudentia|in qua prudentia locum non habet|cum ętas iuuentutis, in qua tu es, inopia fere iudicij laboret| cum ætas iuuentutis, in qua tu es, expers iudicij|prudentiæ grauitatisque sit| cum ætas iuuentutis, in qua tu es, vsu rerum & experientiâ (vnde oritur pudentia) prorsus vacet|vacua sit|careat.

L.

LABOR INANIS.

Nun bekenne ich daß ich vergebens gearbeit hab.

Ie cognoy maintenant que i'ay trauaille en vain.

NVnc me sentio frustra elaborasse.

Nunc me sentio frustra laborasse|inanem laborem suscepisse|sumpsisse.

Nunc sentio spes meas infirmis & labantibus fundamentis esse nixas, me ducem habuisse|ducem secutum esse incertam cæcamque spem|me arido solo|infructuoso campo, arenæ semina mandasse|commisisse.

Imprudentiam consilij mei exitus rei mihi declarat.

LABORIS INANIS ADAGIA.

Ich hab verlohren mühe gethan.

I'ay perdu ma peine.

OLeum & operam perdidi.

Laterem laui. Asinum totondi.

Vtrem aut caluum velli.

Æthiopem laui|dealbaui.

Mortuum percussi. Mortuo verba feci

Litori locutus sum. Aquilam volare docui.

Delphinum natare docui.

Delphinum cauda ligaui.

Nebulas diuerberaui Asini caput nitro laui.

In aqua scripsi. Ventos reti venatus sum.

Cribro aquam hausi.
Vtrem mersi vento plenum.
Penelopes|araneæ telam texui.
Araui littus. Nihil egi. Nihil profeci.
Caudâ anguillam tenui. Linum lino connexui.
Lapidem verberaui. Cum Dijs pugnaui.
Cum laruis luctatus sum. In cœlum iaculatus sum.
Nugas egi. Sisyphi saxum volui.
Senem docui. Mare excussi.
In frigidum furnum panes immisi.
Cancrum recte incedere docui.
Inuitis canibus venatus sum.
Ex Tantali horto fructum collegi.
Oresti pallium texui. Spe sum deceptus.
Ductus sum inani studio. Operam male posui|lusi.
Inutilis|nulli vsui est labor meus.
Studium inutiliter consumpsi| locaui|posui.
Nullus mei laboris fructus extitar.

LACRYMARI ASSIDVE.

Ich laß nicht ab von weinen.
Ie ne cesse de pleurer.

LAcrymis nunquam abstineo.
Conficior lacrymis, sic vt ferre non possim.
Finem lacrymis non impono.
Lacrymis me dedo. Vberrimus meus est fletus.
Assiduæ|perennes meæ lacrymæ sunt.
Assiduæ fluunt ex oculis lacrymæ.
Perdunt me lacrymæ.
Nunquam lacrymis non hument oculi.
Luctu consumor. Luctu contabesco.
Modum lugendi nullum facio.
Nunquam non lugeo.
Luctum nunquam intermitto|dimitto|omitto.
Totus in luctu versor.
Comes mihi vbique luctus est,

Vide Lugere.

LÆTARI ALIENIS REBVS vt suis.

Deine sachen erfrewen mich eben so wol/als mein eygene.

Tes affaires me donnent plaisir, ne plus ne moins que les miens propres.

TVis lætor rebus, vt meis.

Lætitiam ex rebus tuis eandem, quam ex meis|nihilo minorem, quam ex meis capio|accipio|percipio|suscipio|sumo|haurio.

Lætitiâ me afficiunt res tuæ, æquè ac meæ|pariter ac meæ|non minus quam meæ|non secus quàm meæ|ac meæ|atque meæ|haud aliter atque meæ.

Tuæ me res efferunt lætitiâ.

Tuæ res gaudium mihi afferunt|pariunt|præbent.

Tuæ res voluptate me perfundunt, itidem vt meæ.

Tuis rebus, vt meis, afficior.

Quæ meis è rebus, eadem mihi è tuis oritur iucunditas|voluptas|delectatio|lætitia|idem gaudium.

LÆTARI DE ALLATO nuntio.

Dein Vatter war sehr erfrewet/ von der zeittung die jhm zukommen ist.

Ton pere a esté fort ioyeux pour les nouuelles qu'on luy a apporté.

PAter tuus ex allato nuntio lætatus est.

Pater tuus ex allato nuntio gauisus est|delectatus est|recreatus est|gaudium cepit|iucunditatem hausit.

Die frische zeitung welche dein Vatter empfangen hat von deiner würdigkeit/ hat jhn sehr erfrewet.

La fresche nouuelle que ton pere a receu de ta dignité, l'a resiouy à merueilles.

PAtrem tuum recens hic de tua dignitate nuntius allatus extulit lætitia.

Patrem tuum recens hic de tua dignitate nuntius allatus affecit|perfudit|compleuit|cumulauit lætitia.

LÆ-

LÆTARI DE LIBERIS BENE moratis.

Du hast gute vrsach dich zu erfrewen/ daß du einen so züchtigen sohn hast.

Tu as fort bonne occasion de te resiouir, ayant vn fils si modeste.

Est cur gaudeas, quòd filium habes tanta modestia præditum.

Habes quòd læteris | iustam lætandi causam habes | lætari iure potes, quod moribus tam perditis, filium habes tanta modestia præditum.

Si gratularis, iure facis, quod is tibi sit filius, qui continentiam in tanta cæterorum insolentia | tam dissolutis moribus | tam immoderato luxu tueatur ac colat.

LÆTARI DE VALETVDINE alicuius.

Deine gesundheit wirt mich gar sehr erfrewen.

Ta santé m'apportera grande ioye.

TVa mihi valetudo magnæ voluptati erit.

Tua valetudo magnam afferet mihi voluptatem | lætitiam | magnum pariet mihi gaudium | magnam pariet mihi iucunditatem | oblectationem | hilaritatem.

Voluptatem percipiam | colligam summam ex tua valetudine | ex corpore tuo confirmato.

Audita tua valetudine, in magna ero voluptate.

LANGVERE TRISTITIA.

Ich bin gar schwermütig.

Ie suis fort ennuyé.

IAceo in mœrore ac sordibus.

Afflictus mœrore iacet ac languet animus meus.

Pessimè est animo meo:

Tristissimis vexor & conficior curis.

Mœrore contabesco | debilitor | conficior | obruor.

Nil me tristius. Deditus tristitiæ sum.

Vide Dolere. Timidus.

LANGVET STOMACHVS.

Ich hab einen schwachen magen.
I'ay l'estomach foible & debile.

STomacho sum infirmo.
Languenti stomacho sum.
Stomacho sum imbecillo|male constituto.
Stomacho non vtor optime.
Stomachus laborat.
Infirmus est stomachus.
Male se habet stomachus.
Stomachi virtus iacet|languet|debilitata est | infirma, imbecillis, imminuta est|nulla prorsus est| minimè ad coquendum apta est.
Stomachus non est qualem digerendi ratio requirit|qualem optima valetudo postulat.

Vide Aegrotare. Valetudo infirma.

LARGIRI.

Du pflegst niemand mit gaben zu beschencken.
Ce n'est pas ta coustume de faire des presens.

DOnare quemquam munere non soles.
Donare cuiquam|dona dare munus offerre cuiquam|donis quemquam afficere|dona in quemquam conferre|munera conferre|liberalis in quenquam esse non soles.
Liberalitate vti|liberalitatem exercere non consue-[illegible]

Welcher die tugend gibt/der thut die meiste wolthat die mã thun kan.
Qui donne la vertu, fait le plus grand bien qu'on puisse faire.

QVI virtutem tribuit, is tantum affert beneficium, quantum esse præterea nullum potest.
Qui virtutem præbet|largitur | ostendit | communicat, is tantum affert beneficium, quantum esse præterea nullum potest.

Vide

Vide Liberalissimus. Auarus. Parcus.

LAVDARE. LAVDARI. LAVS.

Pompeius wirt hoch gelobet/ darumb daß er allzeit darauff stätigs gewesen die feind des Lands zuvertreiben.
Pompeius est hautement loué, pour autant qu'il s'est efforcé de poursuiure les ennemis de la patrie.

POmpeius laudibus in cœlum tollitur, quia id vnum semper spectauit, vt patriæ hostes profligaret.
Pompeius effertur laudibus | laudibus ornatur | illustratur | laudibus afficitur | celebratur, quia id vnum semper spectauit, vt patriæ hostes | profligaret.
Pompeio laus tribuitur | laus impertitur | laudi datur, quod semper acerrimus patriæ propugnator fuerit.
In Pompeium laudes conferuntur, quia contendit, vt in pristinam libertatem patriam vindicaret | assereret | restitueret.

Die gantze welt wirt Pompeium loben.
Tout le monde louera grandement Pompeius.

VNiuersus terrarum orbis Pompeium summis laudibus exornabit.
Pompeij res | acta | gesta posteritas ornabit diuinis laudibus | posteritas diuinis laudibus efferet | prosequetur.
Vniuersus terrarum orbis Pompeium summis laudibus extollet | in cælum feret.
Omnes admirabilem Pompeij fortitudinem [illegible] mentamq; animi fortitudinem omnibus suis sermonibus illustrabunt | efferent | exornabunt | semper in ore animoque habebunt.
Æternis florebit laudibus nomen Pompeij.
Pompeij laudes excelso illustrique loco sitæ sunt.

Vide Dignitas. Fama. Gloria. Honor. Honorificè loqui de aliquo.

LAV-

LAVDE INDIGNVS.

Du bist nit würdig / daß man dich lobe.
Tu es indigne de louange.

LAude indignus es.
Indignum te laude præbuisti | ostendisti.

Non eum te præbuisti | præstitisti | ostendisti | probasti | non ita egisti | non ita te gessisti | non ea gessisti | non ea tuæ vitæ ratio fuit | non eiusmodi sunt merita tua | non te talē vidimus | cognouimus | sensimus | experti sumus | non is nobis cognitus es. vt laude sis extollendus | vt afficiendus | ornandus | decorandus | honestandus | efferendus laude sis | vt laus in te conueniat | vt laus tibi debeatur | vt laudis præmium, quasi debitum, possis exigere | vt laus, quasi tuis meritis debita, deferenda tibi esse videatur | vt laus, quasi tuis meritis debita, persoluenda | tribuenda tibi esse videatur.

LAVDEM EXIMIAM CONSEQVI.

Er hat durch den last / grosse ehr erlangt.
Il a apporté grande louange de ceste charge là.

SVmmam ex eo munere laudem consecutus est.
Eximiam | egregiam | miram | mirificam | insignem | immensam | singularem | vnicam | incredibilem | excellentem | præstantissimam | amplissimam | æternam | sempiternam | immortalem | non mediocrem | non minimam | non vulgarem ex eo munere laudem consecutus | adeptus est | obtinuit | tulit | quæsiuit | sibi peperit | comparauit.

Deinen nam wirstu durch milltekeit erhöhen:
Ta liberalitaté fera monter ton nom au ciel.

TVum nomen liberalitate extolles.
Tuum nomen liberalitate efferes.

Tuam laudem excelso sublimique in loco liberalitas constituet.

Tuum nomen in illustri quadam specula liberalitas collocabit.

Ad

Ad ſummam laudem| ad ſumma, ducem ſequutus liberalitatem, peruenies| duce liberalitate peruenies.

Vide Fama. Gloria. Honor. Magiſtratum gerere.

LAVS VTILISSIMA.

Ich achte deine wort ſo hoch / das ich mir laß für ſtahn zu bekommen durch dein lob n/alles was ich begere.

Ie fais tant de compte de tes parolles, qu' il m' eſt d'aduis, que eſtant loue de toy, i' obtiendray tout ce que ie voudray.

TAnta eſſe puto verborum tuorum pondera, vt ex tua laude omnia me conſecuturum exiſtimem.

Affici me tuis laudibus, cum ſummæ mihi gloriæ duco, tum vtiliſſimum puto.

LIBENTER CONCEDERE.

Dieweil du nicht wol auff biſt, bin ich wol zu frieden/daß du das ſtudieren fahren leſt.

Puis que tu te portes mal, ie ſuis tres content que tu quittes les eſtudes.

CVm ſis valetudine infirmus, me perlibente vſum ſtudiorum dimittes.

Summa mea voluntate ſtudia depones.

Libentiſſime tibi largior| perlibenter concedo| vtraque manu do, vt à ſtudiorum conſuetudine te seiungas.

Te à ſtudijs diſcedere facilè patior.

In ſtudijs omittendis cum tuo ſenſu meus quoque ſenſus congruit.

Vide Dimittere. Diſcedere libenter à patria. Aſſentiri.

LIBER. LIBERTAS.

Möcht ich kühnlich reden/ich wolte jhm wol gute antwort geben.

St-

Si i'auois liberté de dire tout ce que bon me sembleroit, ie l'y donneroy vne belle response.

SI mihi daretur ea libertas, vt meo arbitrio loquerer, egregium illi responsum darem.

Si mihi integra omnia ac libera essent | si mihi omnia essent solutissima | si liber essem | si mei iuris essem | si meæ auctoritatis essem | si tuto & liberè auderem | si mihi daretur ea libertas, vt ad arbitrium loquerer, egregium illi responsum darem.

Ich bin noch nicht frey gemacht.
Ie ne suis point encor mis en liberté.

NOndum liberè viuo.
Nondum libertatem recepi | teneo.
In libertatem nondum plane restitutus sum.
Nondum mihi quis libertatem largitus est.

LIBERALISSIMVS. LIBERAlitatem exercere.

Deine miltigkeit ist weit durchs Land verbreytet.
Ta liberalité s'estendue par toute la prouince.

LAtè patuit in prouincia liberalitas tua.

In prouincia tua excelluit humanitas | nemo est à te non liberalissime tractatus | liberalitatem in te nemo desiderauit | prolixa fuit in primis ac benefica natura tua, sic vt nihil magis | fructus liberalitatis tuæ vberrimi fuerunt | fructus liberalitatis tuæ ad multos peruenerunt | pertinuerunt.

Vide Humanitas. Incolumitas Reip. Largiri. Parcus.

LITERÆ VBERIORES.

Wenn ich besser zeit hab/wil ich dir weitleufftiger schreiben.
Quand i'auray vn peu de loisir, ie t'escriray plus longues lettres.

CVm otii paululum nactus ero, vberiores à me literas expectato.

Cum

Cum otii paululum nactus ero, verbosiores à me literas expectato|plura ad te scribam|pluribus| pluribus verbis ad te scribam.

Vide Oratio longa.

LITERÆ OFFICIOSÆ AVT amoris plenæ.

Die brieff welche du mir schreibest / seind voll geschicklichkeit.
Les lettres que tu m' escris, sont pleines de courtoisie.

QVas ad me literas mittis, multo sunt officio refertæ.

Literæ tuæ multis insignes sunt amoris notis.

Omnis amor tuus ex omnibus se partibus ostendit in tuis literis.

Vide Officiosus.

LITERARVM, *id est*, SCIENTIARVM delectatio ac vtilitas perpetua.

Mein Sohn / die gelehrtheit wird dir dein lebenlang nicht allein nützlich/sondern auch lustig sein.
Mon fils le lettres te seront toute ta vie non seulement profitables, mais en outre recreatiues.

Mi fili, semper vsui, semper delectationi literæ tibi erunt.

Literæ, mi fili, fructum tibi afferent & voluptatem in omni vita | te semper commodis, semper voluptate afficient|nunquam non vtiles, nunquam iucundæ non erunt| iuuabunt pariter & oblectabunt in vniuerso tuæ vitæ cursu.

Vitæ tua pars, atque adeò longior, literarum vtilitas & voluptas erit.

Vide Hortari ad literas Studiorum vtilitas perpetua.

LITERAS COMMITTERE.

An meinen brieffen ist so viel gelegen daß ich sie einem jeglichen nicht darff vertrawen.

Mes lettres sont de telle importance, que ie ne les ose commettre à vn chacun.

EIus momenti sunt litteræ meæ, vt eas non audeam temere committere.

Eiusmodi sunt literæ meæ | eius generis sunt literæ meæ, vt eas non audeam temere committere.

Non eius generis sunt literæ mea | non eiusmodi sũt litteræ meæ, vt eas audeam temere credere.

Vide Tabellarius.

LITERAS PARAS SCRIBERE.

Du schreibest mir selten.
Tu m' escris peu souuent.

MInus sæpe ad me scribis.

Infrequens es in officio scribendi.

Raras à te literas accipio. Calamo parcis.

Officium litterarum abs te requiro | in te desidero.

Impiger admodum in scribendo non es.

Crebriores à te literas postulo.

Non satisfacis officio tuo crebritate litterarum.

Crebrius vellem ad me scriberes.

LONGINQVITAS LOCORVM.

Wir seind sehr weit einer von dem andern.
Nous sommes fort es loingnez l' vn de l' autre.

MAgno locorum interuallo disiuncti sumus.

Magna locorum longinquitate disiungimur.

In ijs locis sum, quo propter longinquitatem tardissime omnia perferuntur.

LOQVI TVRPITER.

Weh deiner so du etwas vnehrlichs sagest.

VAE tibi, si turpiter aliquid dixeris.

Væ tibi, si minus honeste | si temere | si parum considerate | si non vt ratio præscribit | si præter honestatem quid dixeris.

Væ tibi, si contra quam | non vt | minus quam | secus.

eus quàm|aliter ac|aliter atque conueniat|deceat| liceat, quid dixeris.

Væ tibi, si quod ex ore tuo paulo turpius verbum exciderit.

Væ tibi, si oratio tua finibus excesserit ijs, quos honestum præscribit|quos ratio|quos modestia præscribit.

Vide Vituperare.

LVCRARI. LVCRI CVPIDVS.

Viel werden Aduocaten/vmbs gewins willen.

Plusieurs se font Auocats, esmeus du gain & proufit.

IN forum multi veniunt, vt lucri plurimum faciant.

In forum multi veniunt, vt lucrentur plurimum | vt quæstus maximos faciant|lucri spe| cupiditate adducti|lucelli dulcedine illecti|lucrum spectantes | secuti | lucro commoti.

Multos in forum lucri cupiditas adducit.

Multos lucri cupiditas ad agendas causas impellit.

Facit augendæ rei cupiditas | facit ditandi spes, vt multi in forum se conferant.

Facit spes cogendarum opum|comparandarum diuitiarum|pecuniæ colligendæ, vt multi vocem in quæstũ conferant|vt multis agendis causis se dent|vt multi industriam suam in agendis causis exerceant.

Vide Auarus. Diuitias quærere.

LVCRVM TVRPE.

Er hat wol viel gewonnen/ aber durch vnehrliche mittel.

Il a acquis grandes richesses, mais par voyes illicites.

QVæstus maximos, sed turpissimos fecit.

Rem fecit turpissime.

Diuitias quęsiuit malis artibus.

Mul-

Multum ille quidem, ſed inhoneſte|ſordidè|parum laudabiliter|cum dedecore lucratus eſt.

Cum infamia lucrum ſecutus eſt.

Tanti lucrum fecit, vt expetendum ſibi, vel cum dedecore, exiſtimauerit.

Ea cupiditate ad lucrum incubuit, vt expetendum ſibi turpi etiam cum infamia duxerit.

LVDERE. LVDO DELECTARI. vel ludum negligere.

Jch hab kein gefallen im ſpielen.

Ie ne prens point de plaiſir au ieu.

LVdo non delector. Non libenter ludo.

Non libenter me ludendo exerceo.

Non multum reperio in ludo | in luſu voluptatis.

Magnam ex luſu non accipio voluptatem.

Exiguam ex ludo voluptatem haurio.

Non ſoleo libenter ludo indulgere|operam dare.

Non capior ludo.

LVGERE MALA PVBLICA.

Du beklageſt vnd beweineſt die beſchwernuß darin die Gemeinde jetz ſtecket.

Tu regrettes & deplеures la calamité publique.

LVges Reipublicæ tempora.

Calamitas publica te ad fletum impellit.

Publica mala te ad fletum impellunt.

Miſeriæ tibi publicæ lacrymas excutiunt | exprimunt.

Lugendi cauſam affert aduerſa fortuna Reip.

Tuus fletus exoritur | exiſtit | manat | proficiſcitur à publicis malis.

Vide Lacrymari.

LVSTRARE EXERCITVM.

Jch hab mein läger gemuſtert.

I'ay fait monſtre de tout mon armée.

COpias meas luſtraui.

Exercitum meum recognoui.

Legiones meas recenſui.

MA-

M.

MAGISTRATVM OBTINERE.

Ich zweiffel nicht/ oder du wirst den obersten Standt haben in der Statt.

Je ne doute pas, que tu n' auras le premier estat de la ville.

NOn dubito, quin summum atque altissimum gradum ciuitatis obtineas.

Nulla me dubitatio tenet, quin ea consequêris quæ in Repub. putantur esse amplissima.

Nihil mihi dubitationis relinquitur, quin futurus in ciuitate sis honestissimus|amplissimus|eximius.

Non est cur dubitem, quin honestissimo loco|summo loco|singulari loco, futurus in ciuitate sis.

Non est cur dubitem, quin magistratum consecuturus sis.

Vide Certò scire.

MAGISTRATVM PRÆCLARE gerere.

Dein vatter hat groß lob vom bedienen dieses Ampts erlangt.

C' est office de magistrat a causé a ton pere grande louange.

PAter tuus eximiam ex hoc magistratu laudem collegit.

Pater tuus eximiam ex hoc magistratu laudem tulit|cepit|assequutus est|consecutus est.

Præclare pater tuus hunc honorem gessit.

Egregie se pater tuus in hoc munere tractauit|gessit.

Pater tuus hunc magistratum pro sua reique publicæ dignitate administrauit.

Vide Administrare Remp Laudem eximiam consequi.

MAGNANIMITAS. MAGNANIMVS.

Dein frommes gemüt ist mir wol bekandt.
Ie cognoy ta magnanimité.

NOui animi tui magnitudinem.

Noui animi tui firmitatem | constantiam | vim | robur | fortitudinem | excellentiam | præstantiam | altitudinem | sublimitatem.

Noui quàm forti | constanti ac firmo | non demisso | non imbecilli | non humili | non fracto animo sis.

Noui quàm ad omnem euentum | ad omnes casus ferendos | ad omnem fortunam | ad omnes temporum motus vicissitudinesque stabili ac parato animo sis.

Ich mache gern freundschafft mit den Männern / die eines edlen hertzen seind.
I'entre volontiers en amitié auec ceux, qui sont d'vn courage noble.

PRæstantis animi viros libenter complector.

Quorum animus viget | qui animo vigent | qui vigore animi præstant | quorum animus excellit | qui animo excellunt | qui sunt excellenti animo | qui sunt excellenti animo præditi | qui sunt excellentis animi | in quibus est animi excellentia quædam | in quibus est animi præstantia | altitudo | excelsitas, &c. cum his libenter amicitiam contraho | cum his libenter amicitiam ineo | coeo | instituo | iungo | eos facile amo | eos amicos mihi libenter adiungo applico me | adiungo me libenter ad eorum amicitiam | sponte mea & inductione quadam animi ad eorum amicitiam accedo | sponte mea & inductione quadam animi ad eos amandos propendeo | inclino | procedo

Niemand ist vornehmer vmb seiner tugend vnd großmütigkeit / als du.
Il n'y a homme plus renommé pour sa vertu & grandeur de courage, que toy.

MAiorem aut virtutis, aut præstantis animi opinionem apud homines consecutus est nemo.

Plus

Plus famæ conſecutus eſt nemo.

Tua virtute & magnitudine animi nihil eſt nobilius.

Singularis in te laus ob tuam virtutem atque animi præſtantiam confertur.

Vid. Animus Bellicoſus. Timidus Timore liberare. Fortis aduerſus fortunam.

MAGNI PENDERE.

Man muß nun zur zeit die reichthumb hoch achten
Il faut en ce temps icy faire grand cas des richeſſes.

His temporibus magni faciendæ diuitiæ ſunt.

His temporibus magni pendendæ | magni æſtimandæ diuitiæ ſunt.

Commendat nobis rem familiarem temporum ratio.

Et ratio temporum eſt, vt plurimum diuitiis tribuendum videatur | vt diuitias non in poſtremis habere debeamus | vt non in vltimo loco diuitias ponere debeamus | vt non in minimis ducere opes debeamus.

Deine Bücher ſeind von einem jeglichen hoch geachtet.
Vn chacun a tes liures en grand' eſtime.

Tui libri magno apud omnes in honore ſunt.

Libri tui omnibus vigent.

Egregia de tuis libris opinio | exiſtimatio eſt.

Præclarè de tuis libris omnes exiſtimant | ſentiunt | iudicant.

Tui libri omnium iudicio probantur | omnium laudibus ac teſtimoniis ornantur | omnium in manibus ſunt | habentur | omnium manibus teruntur | omnium in ſinu fouentur | circumgeſtantur | circumferuntur | aſſidue tractantur | diligenter euoluuntur | accurate lectitantur.

Verſtendige Leut halten viel von deiner meynung.
Ton aduis eſt de grande auctorité enuers les gens entendus.

Tua ſententia magnum apud eos, qui recte iudicant, pondus habet.

Plurimum eſt apud intelligentes opinio tua.

Grauis eſt ſenſus tuus apud ſapientes.

Apud ſapientes iudicium tuum magni momenti eſt.

Minimè leue eſt apud ſapientes id quod tu probas.

Magni ducitur apud intelligentes id, quod placet tibi ſentiunt.

Apud omnes auctoritatis habet plurimum quod tu eſſe optimum cenſes|quod teſtimonio tuo confirmatur.

Non vulgarem obtinet locum apud ſapientes opinio tua.

Jch achte vnſer geſpräch mehr dann alle reichthumb der Welt.

Ie fais plus de cas de nos deuis, que de toutes les richeſſes du monde.

OMnes omnium diuitias cum noſtris ſermonibus non confero.

Pluris apud me ſermones noſtri, quàm omnes diuitiæ, ſunt.

Sordent apud me præ noſtris ſermonibus omnes diuitiæ.

Sit modò ſermonum copia noſtrorum, theſauros omnes contemno|reijcio.

Cicero hielte viel von Plato.

Ciceron faiſoit tresgrand cas de Platon.

Cicero Platoni tribuebat plurimum.

Cicero Platoni ſummam fidem habebat|planè credebat|vt oraculo credebat.

Singularis erat apud Ciceronem Platonis auctoritas.

Platonem Cicero vehementer auctorem ſequebatur.

Plurimi apud Ciceronem erat Plato.

Cicero Platonem habebat eximium.

Errare Cicero cum Platone malebat, quam cum alijs bene ſentire.

Plus apud Ciceronem ponderis, quàm Plato habebat nemo.

Cicero faciebat pluris neminem, quàm Platonem.

Ewere Bürger halten von euch.
Tu es en grande reputation en ta ville.

MVltum tibi ciues tui deferunt.
Patria tua tantum tibi tribuit, quantum fortasse nemini, atque adeo quantum prorsus nemini.
Vales auctoritate apud ciues tuos.
Tui te ciues magnifaciunt.
Magnus es|honestus|honoratus|clarus|magno es in honore ac nomine apud tuos ciues|in ciuitate tua.

So du deiner feinden meinung widerlegst/ wirstu bey dem Rath mit ehren bestehen.
Si tu peux cõuaincre l'opiniõ de tes aduersaires, tu seras de tresgrande reputation au Senat.

MAgna tua erit in Senatu existimatio|locum obtinebis honestissimum in Senatu|pulcerrimè stabis in Senatu, si tuorum aduersariorum sententiam fregeris.

Vide Anteponere. Famam consequi.

MAGNOPERE.

Gröszlich. So sehr als möglich ist.
Grandement. Autant qu'il est possible.

SVmme|etiam atq; etiam|vehementer|maximè|mirè|valde|mirificè|incredibiliter|singulariter|insigniter|precipue|vnice|egregie|apprime|admodũ|oppido|eximie|maximopere|cum primis|inprimis|maiorem in modum|mirum in modum|mirandum in modum|supra modum|extra modum|non vulgariter|non mediocriter|non parum|non minime|non ad aliorum exemplum|non ex communi consuetudine|non vt solet|non vt mos est|extra morem|non more|non ordine|non aliorum exemplo|præter exemplum|extra ordinem|sic, vt nihil magis|sic vt nihil tale|sic, vt nihil supra|sic vt nihil vltra|sic, vt nihil ad illud|sic, vt conferri nihil possit|sic, vt nihil simile|par|æquale|sic vt eiusmodi nihil sit|sic, vt ejus generis nihil sit.

Vide Amare vehementer.

MALEDICTA CONIICERE.

Ein jeglicher sagt viel vbels von dir.
Tout le monde dit beaucoup de mal de toy.

OMnes acerbissime de te loquuntur.
Pessime tibi omnes dicunt.
Omnes tibi grauissime obtrectant.
Omnes turpia quędam atque inhonesta in te conferunt|de tua existimatione multum detrahere conantur|liberrime inuehuntur in te|maledictis te onerant grauissimis.
Omnes maledicta in te conferunt|congerunt|coniiciunt.
Omnes valde te exagitant|iactant|insectantur|vituperant|accusant|carpunt|vellicant.
Omnes nefaria quædam de te dissipant|disseminant|iactant.
Omnes ita de te loquuntur, vt honori tuo labem inferant|aspergant maculas|tenebras offundant.
Omnes ita de te loquuntur, vt honorem tuum turpi labe inficiant.

Vide Detrahere. Oratio maledica. Reprehendere Vituperare.

MEDERI DOLORIBVS.

Die zeit verminderet vnd lindert die traurigkeit.
Le temps amoindrit & amollit les doleurs.

DOlorem minuit ac mollit dies.
Dolorem minuit ac mollit temporis longinquitas|vetustas.
Quæ nobis à fortuna infliguntur vulnera, sanantur vetustate.
Vis doloris cum tempore languescit.
Detrahit de dolore dies, atque adeo extinguit omnem, planeque tollit.
Quouis dolore affectis medetur tempus.
Quouis malo laborantibus medicinam dies affert|vetustas opem fert|vetustas opitulatur|adiumento|auxilio est|subsidio est..
Finem doloris dies affert.

Habet hoc tempus, vt quemuis dolorem, quamuis acriter in animo insitum, euellat atque abijciat.

Est hoc temporis, vt omnem malorum memoriam| vt omnem aduersæ fortunæ recordationem ex animo deleat|auferat|eripiat|expellat|amoueat.

Vide Cosolari.

MEMORIA PRÆSTANS.

Du hast ein gute gedächtnus.

Tu as vne fort bonne memoire.

MEmoria es optima.

Memoria es insigni|egregia | præstanti | singulari | incredibili | tenacissimâ | non vulgari| minime labili.

Fideli es memoria. Memoria multum vales.

Memoria præstas|excellis.

Memoria minime falleris.

Memoria minime vacillas.

Non tibi labat memoria.

Tibi maxime viget memoria.

Quæcunq; legis, aut audis, memoria tenes |memoriæ mandas| tibi in memoria penitus insident.

Nihil tibi memoria excidit|elabitur|effluit.

MENDACIVM.

Alles was du redest, seind lüg n.

Tout ce que tu dis, n' est que mensonge.

QVidquid tu dicis, falsum est.

Quidquid dicis, minime verum est| alienum | seiunctum à veritate est, abest à vero|aduersatur veritati| mendacium est.

Falsa est omnis oratio tua.

Quidquid loqueris, falso loqueris.

Vide Incredibile.

MERERI.

Ich hab so viel nicht verdienet.

Ie n' ay pas tant merité.

NOn tantum mereor.

Non tantum mereo|promereo.

Tantum me non agnoscere ingenuè fateor.

Hoc non est pro merito meo|ex merito meo.

Fit hoc immerenti.

Vide Indignus.

MINARI.

Du dräwest mir vergebens.

C'est en vain que tu me menaces.

TV mihi frustra minaris.

Tu frustra mihi terrorem incutis| periculum mihi facis|me minis prosequeris|terres|minas in me iactas|in me pericula intendis.

Tu me frustra territas|verbis terres.

Vide Terrere.

MINVERE. MINVI.

Alles was da wächst vnd grösser wirt / daß muß auch vermindert werden.

Tout ce qui croist & deuient plus grand, le mesme doit pareillement decroistre.

QVicquid augetur, idem diminui necesse est.

Quidquid crescit|quidquid maius atque amplius fit|quidquid amplificatur idem comminui necesse est.

Quamcumque ad rem fit accessio| quamcunque ad rem aliquid accedit|quæcunque res accrescit, eandem minui|deminui|diminui|imminui | comminui | attenuari|extenuari| iacturam pati|de ea detrahi|de ea deminui|diminui|adimi|auferri necesse est.

Dein gut vermindert sich alle tag.

Tes biens s'amoindrissent de iour en iour.

REs tua in dies imminuitur.

Res tua in dies deterior fit|deficit|consumitur|minor euadit|minor fit|in deterius ruit|ad interitum ruit|tendit|corroditur|dilapidatur|non solum non augetur, verum etiam semper aliquid deperdit.

Rei

Rei tuæ in dies detrahitur.

Fortunæ tuæ in dies aliquid detrimenti capiunt|cōminuuntur|deminuuntur|dilacerantur.

Vide Dissipare. Debilitare.

MIRARI.

Ich verwundere mich dieser sachen.

Ie m' esmerueille fort de cest affaire.

DEhac re valdè miror.

Magna me tenet admiratio huius rei.

Magna rei huius capior admiratione.

Magnam hæc res habet admirationem | mihi affert| mouet admirationem | admirationem facit.

Magna mihi de hoc negotio incidit|incessit admiratio.

Maximè miror exitum huius negotij.

Mihi mirabilis|admirabilis est|me maximâ admiratione afficit exitus huius negotij.

Huius negotij euentu obstupesco|stupesco|obstupefio.

Vide Obstupefacere.

MISERRIMVS. MISERIA.

Ich bin in grossem elend.

Ie me suis trouué en grand calamité.

IN magna calamitate versor.

In summa versor infelicitate.

Premor [illegible] conflictor|afficior maxima calamitate.

Iaceo in calamitate.

[illegible]

Miserrima sum condit[illegible]

Ea videor conditione natus, nihil vt boni videam in vita, nihil vt mali non [illegible]

Nemo omnium, qui viuunt, [illegible] fortunatior est.

Meas miserias nulla æquat infelicitas.

Mea est miserrima conditio.

Omnibus vexor|perturbor|exagitor infortunijs|calamitatibus|miserijs|malis.

Omnes me premunt miseriæ.

Infesta|infensa|aduersa|iniqua mihi sunt omnia.

Nulla est tam misera fortuna, quam mea fortuna nō superet|quæ sit cum mea fortuna conferenda|quæ non infra meam fortunam sit.

Miserrimo sum fato Singulari sum fato.

Deteriore fato sum, quam quiuis omniū qui in terris degunt.

Meum est singulare fatum.

Singulari vtor fato.

Singulari fato natus sum.

Fatum hoc meum est, vt miserrima quæque sust neam.

Hæc mihi nascenti dicta lex est, vt amarissimam fortunam in omni vita degustarem|nunquam vt secunda fortuna vterer|nunquam vt miser non essem | perpetuis vt vexarer miserijs|perpetuis vt angerer|cruciarer|torquerer|affligerer malis.

Infausto nimium aduersoq; sidere sum natus.

Mecum agitur infeliciter.

Prorsus infeliciter ago.

Suas in me vires nunquam fortuna non exercet.

Omnibus me fortuna machinis | omni me fortuna telorum genere|suis me fortuna, quantascunque habet, opibus ac viribus oppugnat.

Non aduersa tantum, sed euersa penitus est mea fortuna.

Quis est mortalium iniquiore conditione, quàm ego|deteriore loco, quàm ego?

Ich sehe daß es so weit kommen ist/daß es mit dir geschehen ist.

Ie te voy reduit en tel estat, qu' il est fait de toy.

EO te redactum video, vt actum prorsus sit de salute tua.

Eo te redactum video, vt actum prorſus de te ſit| vt actum prorſus de fortunis tuis| vt ſpem habere melioris fortunæ nullam poſſis| vt ſpes melioris euentus nulla relinquatur| vt ope humana ſeruare non poſſis | vt ipſa te ſalus ſeruare non poſſit.

Man ſihet ihrer viel/ welche ſich laſſen vorſtehen / daß ſie die vnglückſlichſte der Welt ſeyn dieweil ſie armut leiden.

On en voit pluſieurs, qui ſe perſuadent d' eſtre les plus miſerables du monde, d' autant qu' ils endurent diſette.

VIdere licet multos, qui ſe credant, quia laborant inopia, inſumma infelicitate verſari.

Videre licet multos, qui ſe credant, quia egeſtate premuntur, inſumma infelicitate conſtitutos eſſe| peſſime fortunatos eſſe| afflicta penitus fortuna eſſe| miſerrimę conditionis eſſe| omnibus malis affligi | omnib. miſeriis opprimi| omnib. infortunijs vexari| redactos eſſe ad ſummam infelicitatem| prorſus infeliciter| miſerrime| peſſime ſecum agi| fortuna ſe iniquiſſima| aduerſa| graui| infensa in primis vti.

Videre licet multos, qui credant, quia egeſtate premuntur, ſuas rationes| ſuas fortunas peſſimo loco eſſe| afflictas |euerſas |perditas eſſe.

So du dir für augen ſtelleſt alles was deines gleichen zu aller zeit widerfahren iſt/ ſo wirſtu groſſen troſt befinden in deiner widerwertigkeit.

Si tu te mets audeuant d[e]s yeux, ce qui eſt aduenu tout temps à ceux de ta qualité, tu en receuras tres grande conſolation en ceſte tienne calamité.

SI, quæ tui ſimilibus viris in omni ætate acciderint, iſto tuo triſtiſſimo tempore in memoriam reuocabis, admodum iuuari te ſenties.

Si, quæ tui ſimilibus viris in omni ætate acciderint, iſto tuo triſtiſſimo tempore colliges| in memoriā rediges| mēte comprehendes | tecum reputabis, admodum iuuari te ſenties | non leue ſolatium capies.

Si quæ tui ſimilibus viris in omni ætate acciderint, tecum in animo volues, hæc te valde cogitatio ſuſtentabit in hac tua tam graui fortuna | in hac tua tam

aduerſa|tam miſera|planè deſperata fortuna| in tantis miſerijs|in tam miſero rerum ſtatu | tam miſeris temporibus|in iſta, qualem nemo vnquam ſenſit, infelicitate|nunc, dum res tuæ peſſimè ſe habent | peſſimo loco ſunt|nunc, dum tibi peſſime cum fortuna conuenit| nunc, dum tuæ fortunæ planè perditæ ac nullæ ſunt| nunc, dum te premit infenſa fortuna |nunc, dũ te modis omnibus fortuna vexat | tibi negotium exhibet| moleſta eſt|grauis eſt|nunc, dum te fortuna ſuis viribus oppugnat|nunc, dum fortuna omnes ad te oppugnandum machinas adhibet atque admouet.

Vide Felix. Reuereri. Ruina. Tempus miſerum.

MOLESTE FERRE.

Ich kan etlicher Menſchen Narheit nit wol vertragen.
Ie ne puis aiſement ſupporter la folie de quelques vns.

NOnnullorum ſtultitiam non facile fero.

Nonnullorum ſtultitiam ægre ſuſtineo | haud ſatis æquo animo fero.

Adduci non poſſum|à me ipſo non queo impetrare, dementias nonnullorum vt animo non iniquo feram.

Vide Dolor. Inuidia.

MORARI.

Ich weiß nicht wie lang ich mich zu Venedig erhalten werde.
Ie ne ſcay combien ie demeureray à Veniſe.

NEſcio quamdiu Venetijs commorabor.

Neſcio quantum Venetijs temporis ponam.

Neſcio quot dierum erit mea Venetijs commoratio.

Neſcio quamdiu Venetijs morabor | immorabor| ero | verſabor | detinebor | futurus ſum | moram faciam.

Incertus ſum quamdiu me Venetiæ habebunt|tenebunt.

MORS.

MORS. MORI.

Ists nötig/so will ich gern mein leben stellen für deine ehr.
S'il est besoing, ie metray volontiers ma vie a la defence de ton honneur.

SI res exiget, pro tua dignitate vitam libentissimè profundam.

Si res exiget, pro tua dignitate libentissimè decedam|cedam vita|cedam e vita|excedam vita | excedam è vita|discedam e vita | vitam cum morte commutabo| lucis vsuram amittam | extremum spiritum effundam.

Es ist zu wünschen in gutem alter zu sterben.
C'est vne chose souhaitable, de quiter ceste vie en bonne vieillesse.

OPtabile est, affecta ætate diem obire vltimum.

Optabile est, affecta ætate summum obire diem| migrare è vita|huius lucis vsuram amittere| obire| occidere|interire|mori| perire|vitam finire | animam efflare| abire à vita|discedere à vita| decedere ex vita | ex corporis vinculis euolare| ex corporis ergastulo solui| ex corporis carcere liberari | ab hominibus demigrare.

Eorum præsertim est mortem appetere, qui in extremo ætatis tempore sunt.

Wenn ich schon sterben müste/so will ich doch mein meinung nicht verändern.
Combien que ie deusse perdre la vie, ie ne changeray iamais d'opinion.

SI vocer ad exitum vitæ, non faciam vt hunc sensum deponam.

Si vocer ad exitum vitæ, idem semper sentiam.

Quamuis mihi vita carendum esset|mihi quis vitam adimere|eripere vellet | me vita quis expellere vellet| vitam deserere | amittere deberem| animam amittere deberem| in extremo spiritu versarer|in extremo tempore vitæ essem, mihi semper constarem.

MORS OMNIBVS IMMINET.

Diese vrsach allein gehöret die trawrigkeit wegen deines Vatters tot zuvertreiben, dann des tods ein jeglicher gewertig ist.

Ceste raison seule deuroit chasser la tristesse pour la mort de ton pere, que la mort pend à la teste d'vn chacun.

PAterni obitus dolorem hæc ratio depellat, quòd omnibus impendet mors.

Paterni obitus dolorem hęc ratio depellat, quòd hæc omnia lege creata sint, vt morte deleãtur | vt morte extinguantur | tollantur | quòd nemo tela mortis effugere queat | quòd nulli vim mortis repellere | defendere homines possint | quod clypeus nullus tela mortis retundere | propulsare valeat.

MORS ALDI MANVTII perniciosa literis.

Der tod Aldi Manutij hat die gute littern sehr beschädigt.

La mort d'Alde Manuce apporté grand dommage aux bonnes lettres.

GRaue vulnus optimis literis inflixit obitus Aldi Manutij.

Multum iacturæ tulerunt | graue detrimentum ceperunt | graue damnum adierunt | subierunt præclara literarum studia ex morte | obitu | interitu Aldi Manutij.

Ictu graui perculsæ sunt, ac penè prostratæ, liberales disciplinæ, quo die Aldus Manutius occidit | extinctus est | periit | obijt | diem obijt | oppetijt | mortem oppetijt | decessit | à vita discessit | e vita exijt | morte sublatus est | morte nobis ereptus est, &c.

MORTEM ALICVI ADFERRE.

Orestes hat sein leibliche Mutter Clytemnestra mit seiner hand erstochen.

Oreste de sa propre main a tué sa mere Clytemnestra.

ORestes parentem Clytemnestram sua manu confodit.

Orestes parentem sua manu perfodit|interfecit| interemit|peremit|cecidit|occidit|trucidauit|obtruncauit|vitâ exuit|priuauit|morte affecit|mulctauit|puniuit|vltus est|vindicauit.

Orestes parenti vitam eripuit|mortem obtulit|attulit|vim|manus attulit|intulit.

Die gantze Reuterrey ist zertrent.

Toutes le troupes de gents de cheual ont esté desfaictes.

OMnes equitum turmæ profligatæ sunt.

Omnes equitum turmæ sunt occidione occisæ|cæsæ|concisæ|trucidatæ|obtruncatæ.

Vide Bellicosus.

MORTEM PRÆCLARAM subire.

Er hat sein ellendiges leben / durch einen ehrlichen todt vollendet.

Il à fini sa vie miserable par vne mort glorieuse.

VItam infelicem egregio mortis genere conclusit.

Vitam vixit infelicem, præclaram vero mortem obijt.

Miserias in vita sustinuit, decus in morte tulit.

Vt miserè vixit, ita perijt honestè.

Acerbitates vitæ multas vna peregregiæ mortis hora compensauit.

N.

NARRARE.

Ich wil dir durchauß erzehlen / wie die sach sich zugetragen hat.

Ie te conteray par le menu comment l'affaire c'est passé.

TIbi rem omnem ordine narrabo.

Tibi dicam|eloquar|aperiam|significabo|exponam|explicabo rem omnem, vt gesta est.

Scies|cognosces|audies à me, quæ facta sunt.

Vide Certiorem facere.

NASCI.

Es were besser gewesen er were nit geboren.
Il eust mieux valu qu' il ne fust iamais né.

PRæstabat eum non nasci.
Præstabat eum in vitam non ingredi | in lucem non edi | non prodire | non oriri | e sinu matris non educi.
Præstabat, si nunquam eum mater peperisset.

Vide Fortunæ exposita hominum vita. Posteritas.

NATVRA PARCA.

Die natur ist nit sehr mild gegen dich gewesen.
La nature n' a pas esté fort liberale en ton endroit.

PArum in te benigna ac liberalis natura fuit.
Naturam expertus es parum liberalem.
Parcè tibi sua bona est elargita natura.
Satis anguste natura te suis copijs instruxit.
Natura tibi de suis muneribus non quantum opus erat impertiuit.
Suis te bonis abundare natura noluit.
Tibi non contigit vt naturæ bonis excelleres.
Inops es à naturæ bonis.
Est cur desideres naturæ bona.
Naturæ bona | adiumenta | opes | diuitiæ | subsidia tibi desunt | te deficiunt | in te desiderantur | in te requiruntur | in te non agnoscuntur.
Ita natura tecum egit, vt nouerca potius, quàm mater fuisse videatur.
Non optime de te merita natura est.
Non multum naturæ debes.
Multa naturæ accepta referre non debes.
Non est cur naturæ gratias agas.
Possum in te quiduis potius, quàm naturam laudare.

NATVS DVODECIM ANNOS.

Er ist zwölff Jahr alt.
Il est aagé de douze ans.

ANnos duodecim natus est.
Duodecimum ætatis annum agit| non excessit| non egressus est |non expleuit.
Ætas ei est duodecim annorum.

NEGOTIARI.

Er treibt zu Meyland Kauffmanschafft.
Il traffique à Milan.

MEdiolani negotiatur.
Mediolani negotia tractat|agit|gerit| mercaturam exercet|res gerit.

Vide Fidem cautè habere.

NEGOTIVM FACESSERE.

Ich bin gantz mißmütig gewesen / wie ich verstanden / das dir die vberlästig gewesen / welchen du die meiste wolthaten erzeigt hast.
I'ay esté fort esmeu, lors que i'ay entendu , que ceux là te fachoyent, ausquels tu as fait tres grands benefices.

VAlde sum commotus,cum eos audiui negotium tibi facessere,qui summa tibi beneficia debent.
Valde sum commotus,cum eos audiui molestiam tibi exhibere|molestos|infensos tibi esse|solicitudinem inferre,quos maximis beneficijs ornasti.
Valdè sum commotus cum audiui te vexari|iniurias accipere|affici molestia ab ijs, de quibus bene meritus es maximè.

Vide Importunus.

NOMEN. NOMINARE.

Wie ist dein nam?
Comment t'appelles tu.

QVi nominaris|nuncuparis|appellaris| vocaris?
Quod nomen est tibi?Quod nomen habes?
Quo vocaris nomine, Quo te vocant nomine?

Eloquere mihi quod tuum est nomen.
Tuum nomen fac vt sciam.
Quo te appellabo nomine?

Virgilius hat seine Bücher von dem Landtbaw Georgica genennet.
Virgile a intitulé ses liures d'agriculture Georgica.

Virgilius libros suos de agrorum cultu Georgica nuncupauit.

Virgilius libros suos de agrorum cultu Georgica inscripsit|nuncupari voluit|Georgicorum titulo appellari|circumferri|legi|prodire voluit|Georgicorum titulum ferre|habere voluit|Georgicorum titulum|appellationem illis dedit|indidit.

NOVITATIS CVPIDVS.

Du bist gar newsbrerig.
Tu es amateur & desireux des nouueautez.

Cvpidus es rerum nouarum.
Res nouas quæris. Nouitatem amas.
Nouis rebus studes. Nouitati studes|faues.
Status hic te minimè delectat.

Vide Inconstans.

NVGARI. NVGÆ.

Die bossen stehen deines gleichen nit wol an.
Le caqueter est vne chose indecente a telles gens que toy.

Tvi similes nugæ minimè decent.
Tui similem sectari nugas|nugacem|loquacem|futilem esse|perpetuas nugas agere | perpetuo fabulari|garrulum esse|semper garrire|tinnire|obgannire|nunquam tacere|silere|nullum dicendi finem facere | plus loqui quàm satis sit| tot verba fundere | alios obtundere minimè decet.

Vide Oratio longa.

NVMERARE.

Wo du recht rechnest / wirstu den verlust den du gelitten hast/befinden.

Si tu contes bien, tu trouueras la perte de tes biens, que tu as faite.

SI subdexeris rationes tuas, rei tuæ familiaris iacturam deprehendes.

Si subductis rationibus summam facies | conficies | colliges | in vnum coges, aperies damna rerum tuarum.

Si putaueris | supputaueris | duxeris rationes, rerum tuarum detrimenta patefacies | intelliges | senties.

Nach meiner rechnung so sind die Schiff denselben tag abgefahren/als die schlacht geschehen.

Selon mon compte, les nauires se sont demarees le mesme iour que la bataille s' est donnee.

VT rationem ineo, quo die prælium commissum est, eodem naues profectæ sunt.

Vt ratione colligo | vt ex ratione coniicio | vt mea ratio est | vt mihi ostendit ratio | vt mihi ex ratione liquet | liquido patet | facile constat quo die pugnatum est, eodem etiam naues soluerunt è portu.

NVNTII INFAVSTI.

Man hat dauon jhm etliche böse zeitung gebracht.

L' on auoit apporte quelques mauuaises nouuelles de luy.

ADuersa quædam de illo erant allata.

Rumores de illo duriores erant.

De illo nuntij venerant tristes | aduersi | infausti | parum commodi | minime læti | parum secundi.

Grauior de illo fama peruenerat | dissipata erat | disseminata | dispersa | peruulgata erat.

Duriora quædam ac grauiora erãt significata | iactabantur | sermonibus dissipabantur.

O.

OBEDIRE.

Die vnderthanen seind schuldig jhrer Obrigkeit zu gehorsamen.

Les subiects doiuent obeissance aux superieurs.

INferiores ſuperioribus obtemperare debent.
Inferiores ſuperioribus parere | dicto audientes eſſe debent.

Æquum eſt ſuperiores inferioribus præire | anteire | antecellere | præſtare.

Ich wil deinen befelch volbringen.
Ie feray ce que tu as commandé.

PArebo tuis mandatis.
Exequar tua mandata.
Effectum dabo, quod mandaſti.
Tuæ voluntati parebo | morem geram | obſequar | obtemperabo.
Sequar voluntatem tuam.
Meam voluntatem ad tuam aggregabo.
Meam voluntatem cum tua coniungam.
Tuæ voluntati mea voluntas ſeruiet.
Tua mihi voluntas lex erit atque norma.

Vide Committere. Conſilium alienum ſequi. Deſerere ſe aliorum cauſa. Officioſus. Reuereri.

OBLIGATVS. OBLIGATIO,

Er iſt mir ein groſſe Summa gelts ſchuldig.
Il me doit vne grande ſomme de deniers.

MAgnam mihi pecuniæ vim debet.
Pecuniam mihi multam debet.
Magno mihi ære obſtrictus eſt.
Eſt in meis nominibus ex pecunia ſatis multa.
Ich bin ſo viel an dich gehafften, das ichs dir nit wol vergelten kan.
Ie te ſuis tant obligé, qu'il me ſeroit malaiſe de t'en recompenſer.

TAntum tibi debeo, quantũ vix, aut ne vix quidem, ſoluendo ſum.
Tantum tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt.
Magna tibi debeo beneficia, nec ſoluo.

Cui re

Cui re vix referre gratias possum , ei verbis non patitur res satisfieri.

Pro te mori possum.

Vitam tibi debeo.

Videre te scio quantum officij sustineam.

Incredibilem quendam tibi amorem , & omnia in te summa ac singularia studia debeo.

Magna sunt tua in me, non dico officia, sed merita.

Magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accessit.

Vide Beneficium conferre. Remunerare.

OBLIVISCI.

Du würdest ein frölicher leben haben / wenn du deines vnglücks vergessest.

Tu viuras plus ioyeusement, si tu oublois tes malheurs.

IVcundior tibi vita esset, si tuos casus obliuiscereris.

Lætior | tranquillior tibi vita esset | tranquilliùs ageres, si tuos casus ex animo tuo | mente tua | memoria tua deleres | euelleres | si memoriam tuorum temporum omitteres, deponeres, abijceres | si tua pristina mala | tuos casus | tuorum temporum varietatem obliuione voluntaria contereres | si temporum miserias apud te deleret obliuio.

Vide Beneficiorum immemor. Iniurias obliuisci.

OBSIDERE.

Er hat die Statt Padua belägert.

Il a assiegé Padoue.

PAtauium obsidione cinxit.

Patauium obsedit suis copijs.

Patauium suo sepsit exercitu.

Apud Patauium castra posuit | locauit | constituit | fecit | castra metatus est,

Es stehet einem vorsichtigen Capitain zu / eine vestung/wie sichs gebürt, mit Kriegsvolck allenthalben zu besetzen.

C'est le propre d'vn bien aurse Capitaine, de bien disposer vn camp à l'entour de quelque forte place.

CAstellum aliquod militibus, vt decet, circundare prudentis ducis est.

Milites alicui castello circundare | milite castellum aliquod cingere|c audere|circumsidere|circum castellum milites recte statuere, prudentis ducis est.

OBSIDIONE LIBERARE.

Camillus hat die Statt Rom / alß sie von den Frantzosen belägert war/entsetzt.

Camille a deliuré la ville de Rome assiegee du François.

CAmillus vrbem Romanam obsidione Gallorum liberauit.

Camillus vrbem Romanam obsidione Gallorum exemit| ab obsidione Gallorum vindicauit|ex obsidione Gallorum eripuit.

Camillus vrbem Romanam obsessam|septam copijs Gallorum| copijs Gallorum vndique cinctam| oppressam liberauit|in libertatem restituit| libertati restituit| libertate donauit | liberam reddidit | seruauit incolumem | saluam incolumemque reddidit | salute atque incolumitate donauit.

Camillus Gallos vrbem obsidentes| vrbem obsidione prementes|vrbem obsidionis corona cingentes|circumsidentes | castris positis ad vrbem sedentes | vrbis libertati castris circa collocatis imminentes expulit|eiecit | in fugam conuertit| deiecit| fugauit| dissipauit| summouit|rudit|fugauitque.

OBSTINATVS.

Du bist so gar trotzig vnd eygensinnig.

Tu es trop opiniastre & testu.

NImis es obstinatus.

Nimis es pugnax| pertinax|peruicax|capitosus|cerebrosus | duræ ceruicis| ceruicosus | inexorabilis| durus|difficilis|obfirmatus|immutabilis.

Ad tuam voluntatem acriter incumbis.

N on

Non animi iudicio vteris, sed constantia.

Nimia in te perseuerantia est.

Nimium tui iuris sententiæque tenax es.

Nimis præfractè voluntatem tuam tueris.

Perstas in voluntate.

Tua voluntas obstinatior est.

Te de suscepta voluntate nulla vis | nullum periculum potest depellere.

Quod tenere constituisti, tueri fortissimè perseueras.

Tu es opinionis pertinax.

Vide Constans. Persuadere.

OBSTVPEFACERE. OBSTVpefieri.

Die gewonheit widerwertigkeit zu haben/ macht das mans nicht mehr fühlet.

L'accoustumance d'endurer aduersitez, faict qu'on ne les sente plus.

MAlorum consuetudine sensus amittitur.

Malorum consuetudo sensum adimit | sentiendi vim aufert | stuporem inducit | iniicit | infert | sensus obstupefacit

Sensus obstupefit | adimitur | aufertur vsu diuturno calamitatum.

Aduersas res minimè sentiunt ij | aduersas res sensu non percipiunt ij, quorum occalluit animus | quorum animis callum obduxit diuturna consuetudo | qui secundis rebus vsi perquam raro sunt | qui secundas res haud sæpè nouerunt.

Aduersas res minimè sentiunt ij, quorum animi tantum absunt, vt recentes ad infortunia sint | insolentes ad iniurias fortunæ sint | vt malorum vsu & consuetudine prorsus obduruerint | callum contraxerint.

Vide Callum obducere. Sensu carere. Terrere.

Die gelegenheit ist fürüber.
La commodité est passee.

PRæterit opportunitas.

Elapsa de manibus est|abiit|fugit|enuauit|amissa est|nulla iam est|prorsus periit occasio, tempus|opportunitas.

Amissum tempus est.

Vide Tempus opportunum. Tempus alienum.

OCCASIONEM PRÆBERE.

Du bist vrsach dieses ellends.
Tu es la cause de ces miseres.

TV harum miseriarum causam præbuisti.

Tu horum malorum ansam|occasionem dedisti|præbuisti.

Tua causa regnant hæ calamitates.
Tuo beneficio viuit hæc pestis.

Vide Auctor malorum. Gratia excidere.

OCCVLTVS ANIMVS.

Du gehest alle tag mit mir vmb/gleichwol ist dir mein hertz noch nicht bekant.

Tu conuerses [illegible]mment auec moy, tu ne cognois pas toutes fois entierement ce que i'ay au cœur.

ME vteris assidue, veruntamen non omninò mei tibi sensus patent.

Assiduus tibi mecum intercedit vsus, veruntamen planè non tenes animum meum | prorsus non calles consilia mea| non penitus| non perfectè| non vsquequaque tibi pateo| me ignoras| me intus & in cute non nosti.

Consuetudo inter nos assidua est| me vteris assiduè, veruntamen meum morem| ingenium| meam voluntatem| mentem| consuetudinem| mea studia| meas rationes non cumulatè| non satis| non affatim| non exactè| non ad amussim| non vndequaque| non ex omnib. partibus| non ex omni parte explorata| comperta| cognita| perspecta| percepta| certa| nota| habes.

OC-

OCCVPATVS.

Jch bin bemůhet mit vielen schweren sachen.
Ie suis empesché a plusieurs affaires de grand importance.

PErmultis, illisque grauibus, occupationibus sum implicatus.

Grauissimis rerum susceptarum oneribus premor.

Occupatissimus sum.

Multis in rebus maximi ponderis occupatus sum.

Distentissimus sum.

Grauissimarum rerum cura meum animum occupat | detinet.

Plurimis occupationibus impedior | detineor | distineor.

Vide Impedire. Curam suscipere. Otium nancisci.

OCCVRRERE.

Jch will ihm entgegen gehen / vnnd ihm einen dienst eines guten freunds beweisen.
Ie m'en iray au deuant de luy, pour luy faire l'office d'ami.

OBuiam ibo, vt officium amicitiæ debitum persoluam.

Obuiam procedam | occurram, vt præstem quod amicitia postulat.

ODIOSVS.

Du bist viel zu frech vmb mit dir zu conuersieren.
Ta conuersation est trop chagrineuse.

NImium in consuetudine acerbus es.

Nimium in consuetudine difficilis | durus | asper es.

Tua consuetudo difficilior est.

Abest consuetudo tua ab omni suauitate.

Non ea est consuetudo tua, quæ propter suauitatem expetatur.

Minime iucunda est, amara potius atque odiosa tua consuetudo.

Asperitatis ac peruersitatis tantum habet natura tua, quantum in consuetudine ferri vix possit, vel potius plane non possit.

Vsus tibi nullo cum homine diuturnus intercedet, ita difficilis ac durus es | iis moribus es | eo præditus ingenio es.

Hic vitæ tuæ cursus offendit omnes.

Hac tua vita | hac tua viuendi ratione fit, vt nemo te diligat | vt nemo tibi optime cupiat.

Quis naturæ tuæ peruersitatem in consuetudine ferat?

Quis te possit vti homine omnium difficillimo | asperrimo?

Quis tuam consuetudinem expetat, carentem omni suauitate | nulla re iucundam?

Vide Inimicitias subire. Inuidus. Inuidiosus. Solitarius.

OECONOMVS NEGLIGENS.

Ich hab biß anhero mein nutz nicht in achtung genommen.

Je n'ay point tenu d'estime de mon proufict particulier iusqu'a maintenant.

NVllam hucusque vtilitatis meæ rationem duxi | habui | spectaui.

Nullam rationibus meis operam dedi.

De vtilitate minimum laboraui.

Vtilitatem nunquam spectaui | curaui | quæsiui | secutus sum.

Nullum in vtilitate studium posui.

In vtilitate nihil industriæ locaui, nihil operæ consumsi.

Diligentiam commodorum meorum caussa nullam adhibui.

Diligentiam ad res meas nullam contuli.

Res

Res meas indiligentertractaui| administraui.

Quid esset e re mea | in rem meam | quid ad rem meam pertineret|in rem meam faceret|conueniret.

Quid rebus meis expediret| prodesset | conduceret| vtile esset|vtilitatem afferret|vtilitati esset| emolumento esset|bono esset|fructum pareret, haud multum hactenus curaui.

Oeconomus indiligens hactenus fui.

Vide Deserere se aliorum caussa.

Wir zween regieren vnser häuser nicht eben eins.

Nous ne gouuernons pas d'vne mesme maniere nostre maison.

NOn eadem in administranda re familiari vtriusque ratio est.

Non eadem in re domestica tuenda| in curanda domo|in gubernatione domestica vtriusque ratio est

Genus rationum mearum dissimilitudinem habet cum illius administratione domestica.

OFFENDERE LEVITER.

Ich hab jhm nicht viel vbels thun wollen.

Ie n'ay pas voulu luy faire grand mal.

NOn id egi, vt eum grauiter offenderem.

Dedi operam, vt eum parcè & molliter læderem.

Nihil paulo grauiùs in illum cogitaui.

Commouere illum leuiter volui, non acerbè vexare.

OFFICIO ALIQVO LAVDAbiliter fungi.

Er hat den stand deß jenigen / welcher befelch vber der gemeynden bäw hat / ehrlich vertretten.

Il a fort honorablement exercé l'estat de cestuy qui a la charge des bastimens publics.

MAgnificentissimè perfunctus est munere ædilitatis.

Ædilitatem summa cum laude gessit.

Præclare se gessit|præclarè se tractauit| nihil fecit nō egregiè | iustitiæ laude præstitit | specimen dedit minimè dubium virtutum suarum in ædilitatis munere.

Ædilem se præbuit| præstitit | ostendit egregium.

Summam ex ædilitate laudem est consecutus | sibi comparauit|sibi peperit|cep t|tulit|retulit.

Vide Magistratum præclarè gerere. Virtutem gestis patefacere.

OFFICIOSVS.

Ich wil vmb deinet willen alles thun.
Ie feray toute chose pour l'amour de toy.

Nihil non agam tuà causà.

Subibo omnia tuâ causâ.

Nullum pro te laborem, nullum onus aut officium recusabo.

Tuis in rebus toto pectore | cunctis viribus contendam.

Neruos omnes, vbi res tuæ postulabunt, intendam.

Omnia mihi pro te suscepta, nec difficilia, nec iniucunda erunt.

Mea tibi studia atque officia præsto erunt.

Omnem meum laborem | omnem operam| curam| studium in tuis rebus consumam|ponam.

Officium meum nunquam|ausquam requires.

Mea studia non desiderabis.

Omnia tibi studia| omnia prorsus officia debeo tuis beneficijs.

Præstare cogor tuà causa quidquid possum | quantum valeo | quantum consequi viribus possum| quantum est in me situm.

Omnia mea in te studia conferre debeo.

Tua in me beneficia, meum omne studium | meum officium | omnes à me curas | omnem industriam, omnia denique, quæ in me sunt, non solum postulant, verùm etiam exigunt.

Obsequi tuæ voluntati| morem gerere|parere|inseruire tuæ voluntati prorsus in omni re debeo.

Omnia tibi studia præstare debeo.

Quæcunque tibi commodare potero, omni cura ac diligentia complectar.

Quæ

Quæ tibi intelligam esse accommodata, omnia studiose pene quasi diligenter præstabo.

Meum erga te studium in iis maximè declarabo, quibus plurimum significare potuero, tuam mihi existimationem & dignitatem carissimam esse.

Studium meum dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ, summum omnes intelligent.

Nihil tibi erit tam promptum, aut tam paratum, quàm in omnibus | quam in omnibus rebus, quæ ad voluntatem | ad commodum | ad amplitudinem tuam pertineant, opera | cura | diligentia mea vti.

Profiteor atq; polliceor eximium & singulare meum studium in omni genere officij, quod ad honestatem | ad gloriam | ad rem tuam spectet.

Nulla tibi in re neque studium neque beneuolentia mea deerit | præsto non erit.

Qui antea fui, idem in posterum futurus sum in te ornando & amplificando.

Quæcunque mihi tui honestandi potestas dabitur, nihil prætermittam, quod positum sit aut in ipsa re, aut in honore verborum.

Nunquam mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas deerit.

Polliceor tibi studium meum | operam meam sine vlla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis.

Quidquid valeo, tibi valeo.

Vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero.

Vincam meis officijs cogitationes tuas.

Ea tua causa præstabo, quæ vix credas | quæ à me præstari nunquam credidisses.

Dabo operam, vt intelligas me neminem esse maioris officij | officij studiosiorem | in officio diligentiorem | in quo plus officij sit | resideat.

Velim vtaris mea opera.

Quid est quod ego tua causa non debeam?

Vide Promittere.

OFFICIVM, AVT MVNVS alicuius.

Du solleſt deinen Vatter vber alle andere Menſchen ehren.
Tu dois honorer ton pere deuant tous les hommes du monde.

DEbes patrem tuum colere ante omnes homines.
Eſt cur patri tuo præcipuum quendam honorem præſtes.

Tui muneris | tui officij | tuarum partium eſt | tuum eſt | tuum munus | tuum officium eſt | tuæ partes ſunt | hoc in te conuenit | tibi conuenit | ad te pertinet | attinet | ſpectat | à te poſtulatur | hoc tibi omnis ratio ſuadet | proponit | hoc à te expectatur | exigitur | requiritur | hoc homines exſpectant | hoc te decet | hoc debes | tibi non licet negligere | hoc propriè in te cadit, vt parentem tuum præcipuo quodam honore colas | obſerues | tuearis | afficias.

Vide Intereſt mea.

OLIM.

Bey zeiten vnſerer Voreltern / war das liegen ein groſſe ſchand.
Du temps de nos anceſtres c'eſtoit vne choſe fort infame de mentir.

MAiorum noſtrorum temporibus mendacium dicere turpiſſimum fuit.

Maiorum noſtrorum ætate | tempeſtate | quo ſeculo maiores noſtri vixerunt, mentiri turpiſſimum fuit | mendacium probro maximo fuit.

Veritas olim ita colebatur, vt falſi homines peſſimè audirent.

Fuit iſta quondam | aliquando in republica virtus, vt mendaces graui pœna multarentur.

OMEN INFAVSTVM.

Vnſere Voreltern hieltens für ein böſes zeichen / wenn die Eychen vom Blitzen geſchlagen worden.
Les anciens iugeyent eſtre de malencontre, quand les cheſnes eſtoyent frappez de la foudre.

Infau-

INfaustum omen veteres iudicabant, si quercus fulmine percuterentur.

Male veteres ominabantur|malè augurabantur, si quercus fulmine percuterentur.

Aduersum|mali euentus|calamitatem portendens|incommodum significans | omen iudicabant veteres, si quercus fulminis ictum sentirent|de cælo tangerentur.

Ich will nichts böses prognosticieren.
Ie ne veux rien prognostiquer de mal.

NOlo aduersi quid augurari.
Nolo malis ominibus hanc rem prosequi.
Nolo tristius quidquam dicere.

Vide Conijcere.

OPEROSA RES.

Diß ist ein schwerliche sach.
Cest affaire est de grande peine.

HÆc magni negotij res est.
Res admodum operosa.
Res occupationis non exiguæ.

Res eiusmodi, vt curam ac diligentiam non mediocrem postulet|vt non leuiter curanda sit|vt non frigide aut languide agenda videatur|tractanda videatur.

Vide Difficilis res. Seria res.

OPINIO COMMVNIS.

Alle die guten sein von einer meynung.
Tous les bons sont d'vn mesme aduis.

VNus omnium bonorum est sensus.
Eadem est omnium sine vlla varietate opinio.
Eodem concurrunt omnium sententiæ.
Idem omnes spectant|probant| opinione tuentur.
Sequuntur idem omnes.
Opinionum nulla est varietas.

Vide Consensus communis.

OPINIO GRAVISSIMA,
id est, magni ponderis.

Deine meynung wirt von verstendigen Leuten hoch geachtet.

Ta opinion est de grande authorité à l'endroit des gens de bon entendement.

MAgnum apud eos, qui rectè iudicant, tua sententia pondus habet.

Apud eos, qui rectè iudicant, sententia tua magni fit| grauissima est|magni æstimatur | magni penditur| auctoritatis habet plurimum.

Recte sentientes in opinione ac iudicio tuo plurimum ponunt|opinioni tuæ multum tribuunt | deferunt|opinioni tuæ facile assentiuntur|acquiescunt.

Vide Magnipendere.

OPINIO ALICVI CONTRARIA,
Reipublicæ verò vtilissima.

Ist es sach daß meine meynung dir schädlich ist/ so ist sie doch der Gemeinden nützlich.

Si mes opinions te portent dommage, elles portent proufit à la Republique.

SEntentiæ meæ si tibi detrimentum, Reip. commodum adferunt.

Sententiæ nostræ, siminus è re tua sunt, Reip. rationibus conducunt|tuam si vtilitatem oppugnant, Reipub. commoda tuentur|tua si minuunt, Reipublicæ augent commoda|si tuis aduersantur, Reipublicę rationibus expediunt.

OPITVLARI.

Wir müssen unsern freunden in nöthen beystehen.

Il nous faut assister nos amis en leur necessité.

LAborantibus amicis opem ferre debemus.

Laborantibus amicis opitulari|præsto esse | auxiliũ ferre|auxilio esse|subuenire|subsidio esse|adesse|minimè abesse debemus.

Amicos miserijs oppressos leuare æquum est|ius est| decet|conuenit.

Si quod in malum ceciderit amicus, occurrere & erigere iacentem debemus.

Helffe deinem Vatterland das zu scheidern gehet.
Aide à ta patrie, qui s'en va en ruine.

FEr opem occidenti patriæ.
Excipe cadentem patriam.
Medere patriæ grauissimè laboranti.
Eripe summis e miserijs patriam.
Auxiliare patriæ | adiuua patriam | noli patriæ deesse | noli committere vt patriam deseras | noli committere vt auxilium tuum patria desideret in tam aduersa fortuna | in tantis malis | calamitatibus | infortunijs | miserijs | tam duris | miseris | tristibus | perditis temporibus.

Vide Adesse alicui. Deus benignissimus. Mederi doloribus.

ORATIO BLANDA.

Schöne reden gefallen mir nicht.
Ces belles paroles ne me plaisent pas.

COmpta ista oratio mihi non arridet.
Composita hæc blandaque & aulica verba minimè desidero.
Facessat | valeat hæc officij plena oratio.
Superuacanea sunt apud me officiosa hæc verba.
Non opus est verborum circuitione.
Tralatitia hæc verba, quæso, prætermitte.
Mecum agas oportet sine fuco, more maiorum.

Vide Adulari. Grātificari.

ORATIO BREVIS.

Vnd daß ich die sach mit wenigen worten erzehle.
A fin que je declaire le fait en peu de paroles.

VT rem paucis complectar.
Vt rem paucis perstringam | comprehendam. Vt summatim exponam.
Vt breuitate vtar. Vt paucis concludam.
Vt in pauca multa conferam.

Vt ſatietatem longæ orationis effugiam.
Ne multa. Ne multis. Ne plura Ne pluribus.
Ne te multis morer|teneam.
Ne longam orationem ſuſcipiam.
Ne longam ac odioſam orationem contexam.
Ne longa oratione caput|aures|te obtundam.
Ne orationis longitudine importunus videar|faſtidium pariam|moleſtia te afficiam.
Pluribus tecum agere non debeo.
Longiorem orationem tua non expectat | non patitur|non fert|non ſuſtinet|reijcit|recuſat|renuit|reſpuit humanitas.
Amicitia noſtra minimè patitur, vt te pluribus rogem.
Quid quæris? Quid plura? Quid pluribus?
Quid multa? Quid multis? Quid opus multis?

ORATIO LONGA.

So fern die wolredenheit iſt in viel worten gelegen / ſo biſtu der aller wolredenſter vnder allen Menſchen.
Si l'eloquence conſiſte en abondance de paroles, tu es le plus eloquent du monde.

Si verborum in copia ſita eſt eloquentia, tu omnium, qui viuunt, eloquentiſſimus es.
Si cuius eſt longior|vberior oratio|ſi qui diuti⁹ loquitur|ſi qui longiorem ſermonem habet|ſi qui plura verba facit, is eloquentiam poſſidet, tu omnes mortales eloquentia anteis.
Si ei qui verboſior eſt|ſi, qui plura effundit verba, ei laus eloquentiæ debetur, tu omnium, qui viuunt, eloquentiſſimus es.
Von dieſer ſachen hab ich lang mit deinem bruder geredt.
I'ay long temps deuiſé auec ton frere de ceſt affaire.

HAc de re cum tuo fratre multa verba feci.
Hac de re cum fratre tuo ſatis diu locut⁹ ſum | longum habui ſermonem|longam habui orationem|multis verbis egi.
Oratio mihi cum tuo fratre fuit vberrima.

Vide Nugari.

ORA-

ORATIO MALEDICA.

Man muß niemand lästern.
Il ne faut iniurier personne.

COnuitium cuiquam facere non debemus.
Malè cuiquam dicere|dicere conuitiun. cuiquam| iacere|conferre conuitium in quenquam non decet.

Es ist ein schändlich ding jemand lästern.
C' est vne chose vilaine de mesdire à aucun.

COnuicijs quenquam vexare|exagitare|iactare turpe est|laudis non est|laudi non est.

Vide Maledicta conijcere.

ORDINARE ACIEM.

Es stehet einem klugen Feldtöberst:n zu/ sein Kriegsvolck in gute Schlachtordnung zu stellen.
C' est a faire à vn Capitaine bien aduisé, de bien ranger son armée en bataille.

SApientis Imperatoris est, aciem benè constituere. Sapientis Imperatoris est, aciem benè collocare| componere|optimè dirigere.

Sapientis imperatoris est, in ordinem omnia redigere|omnia ordinare|in certum ordinem milites omnes cogere|aciem rectè instaurare atque certis partibus| in certas partes distribuere|milites in certos numeros distribuere, ac suo vnumquemque loco statuere.

Vide Obsidere.

ORNARE.

Die gelehrtheit zieret den Menschen gar sehr.
Les lettres seruent à l' homme d' vn tresgrand ornement.

MAximum hominibus accedit ornamentum ex literis.

Maximum homines ex litteris suscipiunt ornamentum.

Literæ maximè homines ornant|exornant|illuſtrant|maximum homini afferunt|conferunt ornamentum|maximo ſunt hominibus ornatui|non vulgari ſunt hominibus ornamento|homines maximè honeſtant|adornant|homines maximè ornatos|honeſtos reddunt|efficiunt.

Vide Illuſtrare.

OSCVLARI.

Ich kan mich nicht enthalten dich zu küſſen.
Ie ne me puis contenir de te baiſer.

QVin te deoſculer nequeo.
Ita me dij beneament, vt ego vix reprimo labia, quin te deoſculer|quin tibi aliquod ſuauium dē| quin aliquod oſculum|baſium tibi dem|quin te oſculer|ſuauier|diſſuauier.

OTIVM NANCISCI.

Wo ich zeit haben will ich dir ſchreiben.
Si i'ay quelque loyſir, ie t'eſcriray

SI quid otij nactus ero, literas ad te dabo.
Si otium erit|ſi vacabo|ſi negotijs vacabo|ſi per occupationes licebit|ſi permittent curæ | ſi quid habebo vacui temporis|ſi quid erit ſpatij|ſi quod ſurripere ſpatium licebit|ſi quid ab occupationibus impetrare temporis licebit | niſi occupationes vrgebunt | ſi qua hora meo arbitratu licebit vti|ſi curarū expers ero| ſi mei iuris|ſi liber à negotijs | ſi vacuus ero|ſi me ijs rebus, quibus nunc teneor implicatus, explicauero|ſi dabitur otij|ſi quies erit|ſi quieſcere licebit à curis|a negotijs|ab occupationibus|a moleſtijs, literas à me quamprimum accipies.

Si vinculum illud occupationum, quo & aſſiduè aſtringor, & arctiſſimè, non dico prorſus exoluetur, ſed paululum modo|paulisper|aliquantum|aliquantiſper|nonnihil|aliqua ex parte laxabitur, literas à me quamprimum accipies.

Vide Impedire. Occupatus. Quieſcere.

P.

PARATVS AD ALIQVID.

Jch bin fertig etwas außzurichten.
Ie suis prest à faire quelque chose.

Alacer sum ad aliquid agendum.

Paratus sum| expeditus sum| alacri| parato [illegible] mo ad aliquid agendum.

Nulla est in me mora| nihil moror | [illegible] quin egregium aliquod facinus ag[illegible]

Vide Aptus ad omnia.

PARCERE.

Du bist wirdig daß man dir vergebe.
Tu merites qu' on te pardonne.

Dignus es vt tibi parcatur.

Dignus es vt tibi ignoscatur | remittatur| condonetur| venia detur| indulgeatur.

Mereris veniam| impunitatem.

Dignus es venia| impunitate.

Dignus es vt ad hanc culpam conniueatur.

Mereris vt impune habeas | abeas | feras | facias.

Vide Impunitus. Iniurias obliuisci.

PARCVS.

Du bist nicht milt dieweil du nicht reich bist.
Tu n'es pas liberal, pour ce que tu n'es pas riche.

Parcus es in conferendis muneribus, quia copiæ tibi non suppetunt.

Angusta est tua liberalitas pro tenuitate copiarum.

Ideo benignus & liberalis valde non es, quia non valde abundas| copiosus es.

Largiris tenuiter| largiris infra modum potius quàm supra modum, quia non satis à copijs paratus es.

Ideo largè non das, quia, quod des, non habes.

Vide Auarus, Incolumitas Reipub. Largiri.

PARTICIPARE.

Ich wolte wol/das du mich deiner liebe woltest theilhafftig machen.

Je desire d'auoir bonne part en ton amour.

TV velim amoris me tui participem in primis facias. Cupio amoris tui singulari quadam ratione particeps esse.

Ne patiaris me partem amoris tui minimam ferre.

Effice, quæso, tuum vt amorem|effice, quæso, de tuo vt amore cum primis participem.

Noli committere vt partem amoris tui minimam capiam|vt exiguum ab amore tuo fructum feram | colligam|sumam|percipiam.

Fructum amoris tui velim non esse exiguum|vulgarem|mediocrem.

Vide Communicare.

PATRIAM TVERI.

Er hat bewiesen / daß er lobens werth ist / dieweil er so Männlich für sein Vatterland gestritten hat.

Il s'est monstre digne de grande loüange, pour auoir defendu valeureusement sa patrie.

EGregia laude se dignum ostendit, quia patriam fortiter tutatus est.

Egregia laude se dignum ostendit|summam laudem consecutus est, quia acriter|strenue|vehementer patriæ commoda propugnauit|quia pro patria acerrimè propugnauit|quia patriæ|patriæ libertatis acerrimus propugnator ac studiosissimus defensor fuit | quia acerrimum se patriæ defensorem præbuit|præstitit| ostendit| quia hostibus patriæ suum corpus obiecit|opposuit.

Ita pro patria pugnauit|propugnauit, vt fortitudinis laudem tulerit.

Prælia sustinuit pro patria.

Vires omnes ad salutem patriæ contulit.

Pro salute patriæ defendenda contendit omnes neruos.

Vide Saluare.

PATRONVS PRÆSTANTISSImus Cicero.

Cicero ist der beste vnder allen Aduocaten gewesen.
Ciceron a esté le plus excellent des Aduocats.

IN agendis causis Cicero omnibus antecelluit.

In agendis causis Cicero omnibus præstitit | vicit omnes | excelluit inter omnes | anteiuit | antecessit omnes.

Causidicorum coryphæus Cicero fuit.

Patronus Ciceroni conferendus nemo fuit, neque eloquentià neque studio, neque fide.

Ad iudices | ad tribunalia | ad causas tantum eloquentiæ | studij | fidei, quantum Cicero, nemo attulit.

In iudicijs | in foro | in forēsibus causis | in forensi munere | in tractandis causis | in causarum patrocinijs | in defendendo & accusando par Ciceroni nemo fuit.

Vide Eloquens.

PAVPER PAVPERTAS.

Er ist gar arm.
Il est fort poure.

MAximè inops est.

Egentissimus | tenuissimus | inanissimus | miserrimus | pauperrimus est.

Summa egestate est.

Omnium rerum egenus est.

Tenuissimis ac fere nullis opibus est.

Nihil habet præter miseram animam.

In eum locum deductus est | in eas redactus est angustias | eo redactæ sunt fortunæ eius | eo est à fortuna deiectus | detrusus | deturbatus | eo cecidit, vt vnde viueret non haberet | vt ei ad victum necessaria minime suppeterent | vt inopia premeretur earum rerum, sine quibus vix, aut ne vix quidem, hominum vita su-

ſtentatur|vt ea deſideraret|vt ea requireret, quæ viuendi neceſſitas poſtulat atque exigit.

Eo redactus eſt miſeriarum| eò deuenit, vt ijs rebus deſtitueretur| careret | vt ab ijs rebus eſſet imparatu inops|egens| vt earum rerum eſſet inops | vt ea illum deficerent|vt ea illi deeſſent|vt earum rerum inopiâ laboraret, ſine quibus ægre viuitur, vel potius nullo modo viuitur.

Vide Inopia premi. Pecuniarum penuria. Soluendo non eſſe. Honorem aditum intercludere. Ruina fortunarum. Parcus.

PECCATVM. PECCARE.

Du thuſt groſſe Sünde.

Tu peches grieuement.

GRauiſſimè peccas. Sceleratè agis.
Summum dedecus admittis.

Immane ſcelus| facinus, flagitium | maleficium admittis.

Nefarium ſcelus facis|committis.
Deteſtabile ſcelus ſuſcipis|edis.
Infeſtum ac immane ſcelus perficis.
Sceleſtè| impiè agis.
Sceleſtum facinus patras|perpetras.
Piaculum committis. Iniquiſſimè facis.
Maximo te ſcelere aſtringis|obſtringis.
Culpam grauem committis.

Ich hab das vbel nicht begangen.

Ie n'ay iamais commis ce crime.

HAnc nunquam ſubiui culpam.
Hanc ego nunquam attigi culpam.

Hoc me crimine nunquam contaminaui|inquinaui| infeci|pollui.

Hæc me nunquam culpa polluit|labefecit.

Huius criminis, flagitij|ſceleris|vitij labe|macula infectus nunquam ſum.

Vacaui ſemper iſta culpa.
Nunquam hac in re peccaui.

Ein jeglicher begibt sich heutigs tags zu allerley sünden.

Tout le monde s' addonne maintenant a tout genre de meschanceté.

OMnes in omni scelerum flagitiorumque genere volutantur.

Omnes in omnem culpam prolabuntur.

Omnem improbitatem omnes amant.

Incurrunt homines in omnem iniquitatem.

Nulla culpa est, quæ hodie non subeatur.

Nullum hodie flagitium ignoratur | prætermittitur | non committitur.

So du irrent in fehlest, so wirstu grossen verlust vnd schaden darnach empfinden.

Si tu tombes en quelque faute, grande perte & dommage vous en suiura.

SI culpam commiseris, non mediocre damnum consequetur.

Si quid offendes | errabis | secus efficies | committes | admittes | si quid peccabis | si laberis | si quam in culpam incideris | si te minus honestè tractaueris | si te minus sapienter gesseris | si te, quem non decet, eum præbueris, magno tibi constabit | non leuis iactura | non leue detrimentum consequetur | tuam culpam graui damno solues | tuam culpam magna mercede redimes | grauissimè lues.

Offensionem in primis esse periculosam | offensionem magno tibi futuram damno, tibi affirmo.

Vide Innocentem accusare. Scelus grauissimum.

PECCARE IMPVDENTER.

Du schambst dich keines wegs zusündigen.

Tu ne te vergoignes nullement de pecher.

NVlla tibi est ad facinus verecundia.

Nullum peccandi modum verecundia statuit.

Peccas abiectâ prorsus verecundiâ.

Peccas sine modo impudentissimè.

Non te pudor vllus | non te modestia deterret | abducit | remouet à voluntate | à studio | à consuetudine peccandi.

Peccando transis verecundiæ fines | abes procul à pudore | modestiam nullam retines | tueris | colis | non te pudor retinet | non te modestia regit | non te verecundia temperat.

Vide Impudens.

PECVNIÆ PENVRIA.

Da ist vngleublich groß mangel an gelt.
Il y a extreme necessité d'argent.

INcredibiles sunt pecuniæ angustiæ.
Mira penuria nummorum est.
Summa nummorum difficultas est.
Pecuniæ minimum tractantur.
Pecuniæ vsus prope nullus est.

Vide Pauper.

PECVNIOSVS.

Er hat viel gelts.
Il a force d'argent.

MAgnam vim auri argentique possidet.
Pecuniæ multum possidet.
Bene nummatus | bene peculiatus est.
Abundat nummis. Copiosus est pecuniâ.
Minimè pecuniam desiderat.
Multum habet in arca. Refertus est pecunijs.
Pecuniæ illi multum est.
In numerato multum habet.

Vide Diues.

PEREGRINVS.

Man muß die frembden freundlich empfangen.
Il faut courtoisement recueillir les estrangiers.

OPortet benignè excipere atque amplecti hospites.
Oportet benignè excipere atque amplecti peregrinos,

grinos| extraneos| exteros| aduenas| extrarios| externos | eos qui absunt à patria| domo| a suis regionibus| eos qui sunt in exteris locis | eos qui sunt procul ab amicis & affinibus | eos qui non sunt nostri populares| ciues|eos qui non sunt eiusdē linguæ | nationis|gentis.

PERICLITARI. PERICVLVM.

Du bist in derselbigen gefahr.
Tu es exposé au mesme peril.

EOdem in discrimine versaris.
Idem tibi periculum impendet.
Æquè tua salus agitur.
Æquè tuæ fortunæ periclitantur.
Æquè periclitaris.
Eadem tibi imminet calamitas.
Eodem loci res tuæ sunt.
Versaris in eodem periculo|in eadem fortuna.
Eadem te fortuna manet|vrget.
Eadem tibi fortuna impendet|imminet.
Pari es conditione.
Par| similis| eadem| non dissimilis| non dispar| non alia tua conditio est.
Non minus de te agitur. Tua res æquè agitur.
De tua re itidem agitur.
Eadem tibi instant mala.
Haud melius tecum agetur.
Haud meliore loco res & fortunæ tuæ erunt.
Tua res periclitatur. Tua res periculum subit.
In periculum tua res adducitur|venit.

Ich will die wolfart der Gemeinden in kein gefahr bringen.
Ie ne veux point mettre en danger le salut de la republique.

NOlo salutem Reipub. in discrimen adducere.
Nolo summam Reipub|nolo publicam rem in dubiam fortunam adducere|in discrimen deducere.
Non committam vt incertam fortunam Respublica subeat.
Non committam vt periclitetur | vt in dubium vocetur| vt in periculum vocetur| vt in discrimen veniat Reipublicæ salus.

Vide Ægrotare ex itineris labore.

PERICLITARI DE HONORE.

Deine Ehr ist in grosser gefahr.
Ton honneur est venu en grand danger.

IN summum discrimen honor tuus venit.

De honore periclitaris. Tuus honor agitur.

Honor tuus in discrimen adducitur.

Vide Honorem lædere.

PERSVADERE.

Man breng mich nimmermehr darzu das ich mit jhm beger zu reden.
L'on ne pourra iamais m'induire a parler à luy.

VT sermonem cum illo habeam, persuaderi mihi nunquam poterit.

Vt illum adeam|vt ad illum adeam|accedã| me conferam|vt illius vultum subeam|vt illum alloquar, ipse mihi persuadere non potero | animum inducere non potero|animo vim inferre nõ potero|adduci nunquam potero | neque adduci mea sponte, neque vlla impelli ratione potero|imperare mihi non potero | impetrare à me non potero.

Nihil mihi difficilius |laboriosius| molestius|nihil mihi maioris negotij, quàm vt cum illo sermonem iungam|quam vt illi sermonem edam|quam vt loquar cum illo.

Vid. Certo scire. Consentire. Obstinatus.

PERVERSITAS HOMINVM.

Die boßheit der Menschen ist vber die maß groß.
La peruersité des hommes est si grande, que rien plus.

SVmma est hominum peruersitas.

Peruersi sunt hominum mores, duri nimis & difficiles.

Ingenio sunt homines peruerso|difficili | duro|à ratione auerso.

Vide Odiosus.

PE-

PESTILENTIA GRAVIS.

Die vergangene Pest ist gar groß gewesen.
La peste passee a esté fort grieue.

PRæterita pestis insignis fuit.

Pestilentia| pestis | contagio | pestiferum illud tempus|pestilentiæ vis maxime sævijt.

Pestilentia grauis incidit.

Pestilentia maximè nos attriuit|lacerauit.

Peste insigni laborauimus.

Maxime pestifer annus fuit.

PHILOSOPHIÆ STVDERE.

Ich wolte wol das du dich zur Philosophi begebest.
Ie desirere que tu t' adonnesses, a l' estude de Philosophie.

VElim ad Philosophiam tuum studium applices.

Velim te ad Philosophiam conferas.

Velim Philosophiam complectaris.

Velim Philosophiæ te dedas| operam tradas | tuum studium dices.

Velim rerum humanarum atque etiam diuinarum cognitionem studiosè colas.

Velim te ad eius studium scientiæ adiungas, vnde nascitur, atque alitur moderatio vitæ | vnde rectè viuendi ratio atque omnis ordo manat.

Tu velim generis humani parentem philosophiam, quanto poteris studio complectare.

Tu velim omnes animi tui vires ad sapientiæ studium conferas.

PINGERE. PICTOR EGREGIVS.

Apelles hat das haupt vnd das öberste von Venus brust auß der massen künstlich abgemahlt / aber daß sich nie mand wunder düncken sein / dieweil er alle dinge so natürlich abmahlete.

Appelles a peinct d' vn artifice admirable la teste & le plus haut de la poictrine de Venus: mais de cela ne faut s'esmerueiller, d' autant quil contrefaisoit si naifuement toutes choses.

Apel-

Apelles Veneris caput & summa pectoris singulari expressit atque exornauit artificio: sed hoc mirum esse minimè debet; res enim omnes coloribus adeo perfecte pingebat, vt naturam ipsam non modò adæquare, verùm etiam superare videretur.

Apelles Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit|mire|egregie pinxit|egregiis picturæ coloribus illustrauit|perfecit ac perpoliuit egregie|sic pinxit, vt nemo melius: sed hoc mirum esse minime debet; erat enim pictor egregius| erat enim pingendi arte præstantissimus|penicillo namque quidquid imitabatur| nam in pingenda hominis specie nemini secundus|omnium primus fuit.

PINGVIS. PINGVESCERE.

Er ist so vberauß feist, welches ein zeichen der vngeschicktheit seines verstands ist.

Il est excessiuement gras, ce qui est signe d'vn esprit tardif.

Pinguedine diffluit extra modum, quod ingenii tarditatem arguit.

Pinguis est| obesus est, quod hebetis|tardi|stupidi ingenii signum est.

Ex illa pinguedine|ex illo abdomine|ex illo sumine nobiles| elegantes|præclaræ cogitationes minimè excitantur.

Qui potest in tam vasta corporis mole ingenio aut menti locus esse?

Qui potest in tanto abdomine spiritus locum habere?

Wo du nicht mäßlicher issest/ so wirstu viel zu feist werden.

Si tu ne manges plus sobrement, tu deuiendras trop gras

Nisi cibo parcius vtare, pinguior euades quàm satis est.

Nisi cibo parcas|nisi à cibo abstineas|nisi cibum minuas|nisi de cibo detrahas|nisi tibi temperes| moderaris in cibis, nimium pinguesces|nimiam pinguedinem indues|plenior|obesior fies|nimia pinguedine laborabis.

POETICÆ STVDIA REPETERE.

Jch wolte das du das studieren in der Poeterey widerumb annehmest.

Ie voudroye que tu te remisses à l'estude de Poesie.

VEllem intermissa poeticæ studia repeteres.
Vellem te ad mansuetiores Musas referres.
Vellem redires in gratiam cum Musis.

PONTIFEX.

Paulus der fünffte ist nun Papst.

Paul cinquieme est autourd'huy Pape.

PAulus quintus hodierno die Pontificium munus sustinet.
Paulus quintus hodierno die Pontificis agit partes| Pontificem agit| vicariam operam Christi loco præbet| Christi personam gerit| sustinet.

PORTVM INGREDI.

Wir haben den Hafen nicht können erreichen / weil vns der wind zu gegen war.

Nous n'auons pas peu prendre port, d'autant que le vent nous estoit contraire.

POrtum, reflante vento, tenere non potuimus.
Reiecti sumus à portu reflante vento.
Portum ventus eripuit.
Summouit nos ventus à portu.
Ne portum obtinere licuerit, cum omni studio conaremur, ventus effecit.
Portum, reflante vento, ingredi| inire| obtinere| assequi non licuit.
Venti vis aduersi portu nos exclusit | prohibuit | arcuit| amouit.
Portum inire conantes repulit ac reiecit ventus| repulit| reiecit aduersa venti vis.

POSSE OMNIA.

Gott regieret alle ding nach seinem willen.

Dieu gouuerne toutes choses selon sa volonté.

Deus

DEus arbitratu ſuo cuncta moderatur ac regit.
Deus orbem tenet vniuerſum | tenet omnia | Regnat | dominatur | imperat.
Penes Deum eſt poteſtas & dominatus rerum omnium | omnia ſunt | en impetrandi ius | eſt in omnes imperium.
In manu Dei ſunt omnia.
Ita Dei poteſtas latè patet, vt omnia complectatur.
Ad Deum omnia ſunt delata.
Dei voluntas pro legibus eſt.
A Dei voluntate ac nutu pendent omnia.
Omnia poſita ſunt in vnius Dei voluntate.

Die tugent hat alle ding in jhrer gewalt.
La vertu a toutes choſes en ſa puiſſance.

OMnia ſunt in poteſtate ac ditione virtutis.
Plane rerum omnium domina omniumque regina virtus eſt.
Virtus latè dominatur.
Virtus vna regnat vbique locorum | ſummum imperium | ſummum ius habet in omnes res | vim habet infinitam | valet ad omnia | aſſequitur omnia | ſummum poſſidet ius | omnes opes vincit | omnes ſuperat difficultates | duriſſima quæque perrumpit | quaslibet anguſtias | quæuis clauſtra pertranſit | illuſtrat omnes tenebras | lucet in tenebris | nulla loco manet | non ſurripitur furto | non eripitur vi | non vetuſtate ſeneſcit | non incendio corrumpitur | nullis capitur inſidiis | nullos formidat impetus | nullos fortunæ caſus extimeſcit | omnia poſſidet omnia iure ac poteſtate ſua complectitur | omnia temperat | regit | moderatur | adminiſtrat.
Præeſt virtus cunctis rebus humanis.
Virtus nemini | ei omnes & omnia parent.
Imperium virtus habet in omnia.
Summa virtutis poteſtas eſt.
Virtuti cuncta parent | cedunt.
Virtuti ſubiecta ſunt humana omnia.
Quid eſt, quod aſſequi virtus non poſſit?

Vide

Vide Dei virtutes. Imperare. Imperator.

POSTERI. POSTERITAS.

Deine herrligkeit wird sich strecken auff deine Nachkömlingen.

Ta gloire s'estendra iusqu' à ta posterité.

TVa gloria ad tuos nepotes propagabitur.

Tua gloria ad eos qui ex te nascentur | orientur | ad tuos successores | ad eos qui abs te originem ducent | trahent | ad eos qui genus abs te ducent | ad eos qui abs te descendent | prodibunt | manabunt | gignentur, propagabuntur.

Posteritas tuæ gloriæ particeps erit.

PRÆCLARVS OMNI VIRTVTE.

Du bist mit allerley tugend geziert.

Tu es orné de toute vertu.

OMni virtute ornatus es.

Omni virtute | omni virtutum genere illustris es | præditus | insignis | exornatus | expolitus | excultus es | clarus | conspicuus | excellens | præstans | præfulgens | affluens es | decorus | decoratus | prænitens | splendens es | concinnus | concinnatus | eleganter instructus es.

Insignis es ad omnem virtutem.

Vide Vir perfectus. Pulcer.

PRÆDARI.

Er hat das Land beraubt.

Il a destruict le pais.

PRouinciam vastauit.

Prouinciam diripuit | prædatus est | deprædatus est | rapinis exinaniuit | exhausit.

Prædas egit è prouincia.

Ich höre daß der feind das Land abstreifft.

I'entends que l'ennemi fait des courses sur le pais.

DEcursionibus hostium audio regionem infestari.

Decur-

Decursionibus hostium audio regionem vastari|loca diripi.

Excurrere hostes audio, & loca diripere.

Incurrere hostes in regionem dicuntur, & ex ea prædas agere|eam damnis afficere| eam vastare prorsus ac perdere.

Vide Furari.

PRÆMIIS AFFICERE, AFFICI.

Man muß einem jeglichen seine Arbeit lohnen.

Il faut donner loyer à ceux qui ont prins peine.

Deferenda sunt omnibus laborum suorum præmia.

Persoluenda| danda sunt omnibus laborum suorum præmia.

Oportet vt omnes suorum laborum præmia ferant| capiant|præmiis donentur.

Extare|proposita esse debent omnibus laborum præmia.

Decorandus præmiis honestus labor.

Præmio afficiendi sunt|mercedem accipere debent| mercede donari|honestari debent omnes, qui laborem susceperunt|sustinuerunt.

Danda cuique merces laboris sui.

Vide Remunerare.

PREHENSARE seu PRENSARE diligenter.

Du wendest allen fleiß an vmb die hertzen deß Volcks zu vberwinden/aber ich förchte du wirst nicht bekommen das du hoffest.

Tu brigues fort diligemment: mais si est ce que ie crains que tu ne sois frustré de ton esperance.

Nullum in prensando studium prætermittis: sed vereor, spe ne frustreris.

Nullum in prensando officium prætermittis | tam prehensas diligenter, quàm qui maximè | tua est diligentissi-

gentiſſima prenſatio| prenſas diligenter|ambis|in ambiendis hominibus nemo eſt vno te diligentior| nemo aptior: ſed vereor ne non ſuccedat| exitus ne te fallat| ne ſecus accidat| ne non ex animi tui ſententia procedat|ſuccedat| contingat|eueniat.

Such alle mitteln die gunſt der Rahtsherren zubekommen.
Mets toute ta diligence pour auoir la faueur des Senateurs.

FAc in conueniendis Senatoribus tuum ſtudium extet.

In prenſandis | rogandis | appellandis Senatoribus adhibe ſtudium ac diligentiam quàm licet maximam.

Age diligenter cum ſenatoribus.

Vide Rogare.

PRETIOSA BIBLIOTHECA.

Meine Liberey iſt viel werth.
Ma Librairie eſt de haut pris.

MAgnæ æſtimationis eſt mea bibliotheca.

Multorum nummorum eſt|pretij magni eſt|plurimi eſt mea bibliotheca.

Carè mihi conſtat bibliotheca mea.

Magno mihi conſtant libri mei.

Care libros meos emi.

Vide Caritas annonæ. Magnipendere.

PRIVARI AMICIS.

Ich kan den verluſt vieler freund nicht wol gedulden.
Ie ne puis bonnement endurer la perte de tant des amis.

TOt amicorum iacturam vix fero.

Tot amicorum iacturam ægre, vix patior|ſuſtineo.

Ægre fero tot amicis priuari|orbari.

Amicis omnibus deſtitutum | ſpoliatum| orbatum| priuatum eſſe me, vehementer doleo.

Miſerrimus ego talibus amicis orbatus, quales nulli vnquam erunt, vt arbitror, & vt confirmare poſſum, nulli certe fuerunt.

Quis me tam ab amicis orbum, miserum non dicat?

Quæ mihi vita nunc traducitur, cùm tot amicis caream|cùm tot amici mihi desint|cùm eos amicos, quos fidelissimos expertus sum, desiderem.

PROBVS. PROBITAS RARA auis.

Es seind wenig/welche die tugend lieben.

Il y a peu de gens qui aiment la vertu.

PAuci sunt qui probitate delectentur.

Pauci sunt qui probitatem colant|ament|sequantur.

Qui suum studium in probitate ponant, pauci sunt|pauci reperiuntur|numerantur|paucos inuenias.

Minimi æstimatur morum integritas.

Parui est hodierno die probitas.

Probitas|integritas| vita illa quæ cum virtute traducitur, à paucis hodie probatur|amatur.

Probati mores à paucis hodie coluntur.

Procul abest ab hominibus probitas, atque adeò procul, vt non immeritò virum probum raram auem: ne dicam prorsus album coruũ, nuncupare possimus.

Vide Fides nemini habenda. Innocens. Vir bonus.

PROBITAS AD FELICITATEM satis est.

Welcher tugend hat / der bedarff nichts mehr vmb glücklich zu sein.

Celuy qui a la vertu, n' a besoing d' autre chose pour estre heureux.

PRobitatem qui possidet, nihil ad felicitatem præterea requirit.

Probitatem qui possidet, simul is possidet summum bonum.

Vnam qui colit probitatem, ei deesse ad felicitatem nihil potest | is ad felicitatem nihil desiderat| nihil requirit.

Bene

Bene ſentire, recteq; facere, ſatis eſt ad bene beateque viuendum.

Quicunque rationem ducem in vita ſequitur, ei ad felicitatem ampla maximeque certa patet via.

Boni mores & honeſtæ rationes felicitatem pariunt.

Felicitas integritate comparatur.

Si quis in colenda probitate totus eſt, feliciter admodum ac beatiſſimè cum illo agitur.

PROBITATI PRÆMIA propoſita.

Die/welche wol leben/ſeind eins groſſen lohns verwartten.

Ceux qui viuent bien, receuront grand guerdon.

MAgna ſunt rectè agentibus propoſita præmia.

Magna ſunt rectè agentibus conſtituta præmia.

Summa rectè agentes manent præmia.

Omnes qui ſeſe in recta viuendi ratione exercent, magna merces manet.

Fructum certum rectè factorum viri boni vberrimum ac præſtantiſſimum ferent| colligent| capient| percipient.

Vitæ laudabiliter actæ | vitæ cum virtute traductæ præmium eſt| decus eſt, & earum rerum copia, quas qui poſſidet, optimè cum illo agi exiſtimatur.

Præmiorum ſpe magna admodumq; firma, niti poſſunt ij, quorum vita cum virtute traducitur.

Egregia præmia pro certo expectare | ſine dubio ſibi polliceri| planè ſperare licet ijs, qui virtutem colunt| qui recte atque honeſte & cum virtute vitam agunt | peragunt| ducunt| traducunt| viuunt.

Mercedem actionum ſuarum| virtutis ſuæ| ſuæ probitatis | officij ſui| optimorum conſiliorum atq; factorum expectare certiſſimam poſſunt, qui virtutem in vita primam habuerunt | quibus in vita virtus fuit antiquiſſima.

Præclaram honeſtamque vitam res vtiliſſimæ conſequuntur.

Vide Remunerare.

PROMISSA PRÆSTARE.

Ich begere das du deiner gelübten genug thust.
Ie veux que tu tiens ta promesse.

VOlo stes promissis.

Volo promissa serues|fidem tuearis|soluas|quod promisisti, re prastes | cum tuis verbis facta consentiant | promissa tua exitus confirmet | ne fidem tuam fallas | falsa ne fuerint promissa tua | inania|irrita ne fuerint promissa tua.

Deponendum tibi est quod promisisti.

Ich wil mein bestes thun / vmb meine gelübten zu volbringen.
Ie m'efforceray d'effectuer ce que i'ay promis.

DAbo operam, vt stem promissis.

Dabo operam, vt præstem fidem meam | vt seruem fidem | vt probem | non deseram fidem | vt fide non desim | vt promissa obseruem | tuear| persoluam præstem| promissis ne desim|ne fides in promissis mea desideretur.

Dabo operam, vt quod pollicitus sum, re præstem| exitu præstem|exequar|efficiam|re confirmem.

Dabo operam, vt fidei satisfaciam | ne de fide mea parum videar laborare| vt a meis verbis exitus rei non dissentiat| vt ab affirmatione mea| a promisso meo exitus rei ne dissentiat| vt verba res confirmet| vt id, quod dixi, veritas probet| vt à promissis non discedam.

Quæ pollicitus sum, exitu præstabo.

Vide Fidelis. Supplicare.

PROMISSA PRÆSTARE ALTERIVS.

Du solt bezahlen was er verheissen hat.
Tu satisferas à sa promesse.

ILlius promissa tu præstabis.

Pro illo solues|satisfacies.

Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti.

Illius promiſſio, ſolutio tua erit.
Illius promiſſio ad te pertinet.

PROMITTERE STVDIVM ſuum.

Ich ſage dir allen meinen dienſt zu.
Ie te promets tout mon ſeruice.

MEa omnia ſtudia atque officia tibi polliceor.
A me omnia in te ſtudia atque officia, quæ quidem ego præſtare potero, velim expectes.
Præſto me tibi ſemper fore velim exiſtimes, planeque tibi perſuadeas.
Si quid valebo, valebo tibi.
Hoc tibi confirmo, ac re præſtabo, nullum me ſtudij genus aut officij, quod in rem tuam ſit | quod ad rem tuam | laudem | dignitatem valere videatur, vllo eſſe loco prætermiſſurum.

Vide Officioſus.

PROPINQVIS ABVNDARE.

Du haſt viel verwandten.
Tu as à force parens & alliez.

PRopinquis & affinibus flores.
A propinquis optime paratus | munitus es.
Propinquis abundas.
Copiâ flores propinquorum.

PROPONERE SIBI LIBERTATEM communem.

Ich habe nichts anders geſucht als die gemeine freyheit.
Ie ne me ſuis propoſé autre but, que la liberté commune.

AD communem omnium libertatem ſtudia mea contuli.
Ad vnam ciuium libertatem meas curas intendi.
Ad libertatem Reipub. meas cogitationes retuli.
Nihil aliud a communi libertate quæſiui.
Nil præter communem libertatem curaui | ſecutus ſum | ſpectaui.

Præter communem libertatem proposita mihi nulla res fuit|mihi nihil proposui.

Vide Anteponere.

PROPRIVM DIVITIARVM.

Das bekómpt man ehe durch reichthumb / dann durch tugend.

L' on obtient cela plustost par richesses, que par vertu.

COpiarum hoc potius est, quàm virtutis.

Non hoc in virtute, sed in opibus situm est.

Facit hoc non virtus, verùm copia diuitiarum.

Diuitiarum, non virtutis, hoc est.

Pertinet hoc ad copias, non ad virtutem.

Non hoc virtus, verùm diuitiæ præstant.

Pendet hoc à diuitiis, non à virtute.

PROVIDERE FVTVRA.

Ich sehe vorhin die list vnd anschläg meiner feinden wol.

Je preuoy les embusches de mes ennemis.

EGo inimicorum insidias prouideo.

Ego inimicorũ insidias perspicio|prospicio|odoror|cerno|intelligo|præuideo|cognosco|sentio.

Non me latent|fugiunt|fallunt|non mihi ignorantur|obscuræ mihi non sunt|clàm mihi non sunt, quas inimici mei mihi parant insidias.

Quos mihi laqueos inimici mei tendunt, video|noui|didici|comperi|detexi.

Quæ inimici mei aduersum me moliuntur, mihi ignota minime sunt|mihi patent|aperta sunt|liquent|me imprudente non fiunt|sunt mihi explorata|comperta|certa|nota|clara|manifesta|perspicua|apprime cognita, &c.

Weyse Leut sehen die zukommende ding von weiten.

Les gens sages preuoyent de loing les choses futures.

SApientia præditi res futuras, vt præsentes, intuentur.

Sapientia præditi res futuras tanquam oculis cernunt, longe in posterum prospiciunt.

Sapi-

Sapientibus ante oculos futura ſunt.

Sapientibus euenta rerum patent.

Sapientes futura cogitatione | animo percipiunt | coniectura futuras res aſſequũtur | ea quæ impendent, tanquam ex aliqua ſpecula proſpiciunt.

Vide Conijcere. Prudentia.

PRVDENTIA. PRVDENS.

Deine vorſichtigkeit wird brechen die gewalt der böſen menſchen.

Ta prudence rompra l'effort des meſchans.

IMpetum perditorum hominum tua prudentia franget.

Impetum perditorum hominum tuum conſilium | tuæ mentis acumen & vis eximia debilitabit | irritum faciet | inanem reddet | reprimet | retundet.

Vide Imprudens. Cedere tempori. Prouidere.

PVERITIA. A PVERITIA.

Von Kinds auff hab ich gelehrt / daß man Gott mit allem fleiß muß dienen.

Des mon enfance i'ay apprins, qu'il falloit ſeruir Dieu en toute diligence.

IAm inde a puero, Deum omni ſtudio colendum atque obſeruandum eſſe, didici.

A puero | iam inde vſque a puero | à prima pueritia | ab initio ætatis | à prima ætate | a primo ætatis exordio | ab ineunte ætate | a primis temporibus | a primis annis | ab incunabulis | a teneris, vt Græci dicunt, vnguiculis | à die natali | ab ortu primo | a quo die natus ſum | ex quo ingreſſus in vitam ſum | ex quo lucis vſura frui cœpi | ex quo vitæ limen attigi | ex quo animum ducere cœpi | ex quo ſpiritum haurire de cælo cœpi, Deum omni ſtudio colendum atque obſeruandum eſſe, didici.

Viel ding werden leichtfertig ins Menſchen iugend gethan.

Beaucoup des choſes ſe font legerement, quand on eſt ieune.

MVlta temerè in pueritia committuntur.

Multa leuiter, multa inani quodam studio in teneris annis|in primis temporibus ætatis | ab ineunte pueritia|à primo ætatis initio committuntur.

Vide Adolescens. Gloriæ cupidus.

PVGNARE. PVGNA.

Die Christen haben offtmals glücklich gegen den Türcken gestritten.

Le Christiens ont souuentesfois heureusement combatu contre le Turcq.

SAepissimè cum Turcarum copijs Christianus exercitus feliciter pugnauit.

Sæpissimè cum Turcarum copijs Christianus exercitus prosperè|secunda fortuna|prospero euentu pugnauit|pugnas pugnauit|pugna certauit| acie conflixit| acie contendit|acie congressus est | prælio decertauit| depugnauit|digladiatus est.

In dem streit seind zweyhundert guter Soldaten vmb'kommen.

En ceste meslee ont esté deffaict deux cents braues soldats.

IN illo prælio ducenti homines insigni fortitudine ceciderunt.

In illa pugna|in illo conflictu|bello |congressu|certamine, ducenti homines virtute præstantes mortem oppetierunt|occubuerunt|desiderati sunt.

Ducentos homines pugna illa sustulit.

Vide Aduersari. Contendere. Imprudens.

Dein Sohn ist schön von angesicht.

Ton fils est beau de visage.

Filius tuus facie liberali est.

Filius tuus facie liberalis est.

Filio tuo est facies liberalis |pulcra|formosa|quæ ad amandum alliciat| quæ amorem conciliet.

Maria die mutter Christi war vberauß schön.

Marie la mere de Iesus Christ, estoit tres excellente en beauté

MAria Christi mater eximia erat pulcritudine.

Maria Christi mater incredibili erat venustate|incredibili erat pulchritudine|gratia|decentia | decore|forma prædita erat|forma ornata|exornata erat|forma fulgebat|forma affulgebat| excellebat | præfulgebat|præstabat|pollebat|conspicieenda erat|florebat|bellissima specie erat|speciosa erat.

Maria virgo pulcritudinis omnis exemplar erat.

Vide Præclarus.

PVNIRE.

Die vbelthäter muß man straffen.

Il faut chastier les malfaicteurs.

ANimaduertendum est in homines nocentes.

Iusta est in homines improbos animaduersio.

Animaduersione vti aduersus improbos oportet.

Improbi afficiendi sunt pœna|vindicandi sunt | plectendi|ulciscendi|puniendi | castigandi|mulctandi sunt|malè mulctandi sunt.

Sumendum est de improbis supplicium.

Capere pœnas de improbis æquum est.

Luant improbi pœnas factis dignas.

Debitum supplicium nefarij homines persoluant.

Digna eorum factis animaduersione improbi plectantur|afficiantur.

Oportet pœnas ab improbis iudicio persequi.

Id agendum est magistratibus, vt pœnas ab improbis debitas iudicio exigant.

Improborum audaciam merita pœna comprimere Magistratus debent.

Vide Impunitus. Vindicare.

PVTARE.

Ich laß mir vorstehen: das end der sachen wirt sein wie ich vorgesagt hab.

Ie croy que l'affaire aura telle issue, que i'ay predict.

PVto exitum fore, qualem sum auguratus

Opinor|arbitror|autumo|existimo|iudico| censeo|duco|reor | sentio|ita mihi persuasi | ita in animum induxi meum | pro certo habeo | exploratum habeo

habeo|minimè dubito|plane credo | prorsus credo | omnino|penitus| certo | pro certo| minime dubitanter credo exitum fore, qualem sum auguratus | qui augurio meo respondeat|quem prædixi.

Jch hatte nichts löblichers/dann das man nicht viel acht die geschehene Jniurien.

Ie n'estime rien plus louable, que de ne tenir compte des iniures qu'on a receu.

Nihil statuo laudabilius, quàm iniuriarum rationem non habere.

Nihil statuo laudabilius, quàm iniuriarum rationem non ducere.

Quomodo quidem ego existimo| vt ego quidem arbitror|sentio|opinor|&c. quantum quidem assequi iudicio possum| vt opinio mea est | vt mea fert opinio | vt mihi suadet|ostendit ratio|nisi iudicio fallor | nisi iudicij sum expers|nisi rudis plane sum|nihil est præstantius|laudabilius| nihil est ad laudem illustrius, quàm iniurias contemnere| iniurias nihili facere|obliuisci iniurias ex memoria delere | minime persequi | iniurias vlcisci nolle| vltione non persequi | referendæ iniuriæ curam non suscipere|de iniuria persequenda|vlciscenda|referenda nihil omnino cogitare|de iniuriarum vltione minimum laborare | vltionem iniuriarum non spectare|non curare.

In contemnendis iniurijs|in obliuiscendis iniurijs| in iniurijs ex animo euellendis|in iniurijs ex memoria delendis |in iniurijs obliuione voluntaria conterendis eximiam sitam esse laudem, mihi persuadeo, eam, (inquam) laudem, qua nulla præstantior.

Q.

QVÆRERE DILIGENTER.

Wie die Poeten erzehlen/hat Ceres grossen fleiß angewendet jhre Tochter zu suchen/ welche Pluto der Gott der Hellen hinweg gefürt hatte.

Com-

Comme les Poetes racontent, Ceres a mis toute sa peine à chercher sa fille rauie par Pluto Dieu des enfers.

VT Poetarum fabulæ narrant, multum studij posuit Ceres in filia perquirenda, quam inferorum Deus Pluto surripuerat.

Vt Poëtarum fabulæ narrant, diu ac multum Proserpinam filiam, quam inferorum Deus Pluto surripuerat, Ceres perquisiuit|inuestigauit.

Vt Poetarum fabulæ narrant, valde vigilauit Ceres in filia perquirenda|omnia loca permeauit|perlustrauit|inuestigauit|penetrauit Ceres, vt filiam reperiret suam| nullum Ceres locum|nullas in quærenda filia latebras omisit|quò non iuit|quo non accessit Ceres, vt filiam reperiret, quam inferorum Deus surripuerat?

QVERI. QVERELA ÆQVA.

Ich hab gut recht das ich vber dich klage.

C'est à bon droict, que ie me plains de toy.

IVre de te queror.

Iure de te conqueror|queritor.

Æqua est mea de te querela expostulatioque.

Cognosco æquitatem querelę|expostulationis|querimoniæ meæ.

Æqua mihi tecum est expostulatio.

Iure te accuso.

Quod in me commeruisti, iustam habet querelam.

Æquam de te querimoniam habeo.

Locus videtur esse tecum expostulandi|querendi de te|tui accusandi.

Vide Contemnere.

QVIESCERE. QVIES.

Ich hab mein werck vollendet.

I'ay acheué ma besoigne.

LAbori finem imposui. Labori finem feci.

Labori grauissimo quies aliquando successit.

Laborem terminaui|ad finem perduxi|ad exitum perduxi|sustinui quoad oportuit.

Perfunctus sum|leuatus sum|liberatus|solutus|exemptus sum labore grauissimo.

Labor ad finem peruenit|terminatus est.

Iam me non vrget|non premit|non vexat labor.

Nach gehabter mühe magstu wol ruhen.

Apres tant de facheries tu te peux reposer.

Post tot molestias quiescas licet.

A tot molestiis|post tot molestias quiescas| quietem capias|quieti te tradas|quieto animo viuas | quietus esto|vitam traducas quietam & otiosam:|vitam traducas quiete|vitam in quiete degas,licet.

Man lasset nun ab Gewerb oder Kauffmanschafft zu treiben

L'on cesse maintenant de negotier.

Quies nunc à negotijs est. Quiescunt negotia. Negotia non geruntur Negotiorum nihil est

Quiescunt homines à negotijs.

Feriæ sunt à negotiis. Prolatæ res sunt.

Rerum nihil geritur.

Vacatio est à rebus gerendis.

Vacationem à rebus|quietem à negotijs concedit tempus.

Vide Cessare. Otium nancisci. Relaxare animum. Rure delectari Studia intermittere. Tranquilla vita.

R.

RATIONEM AGENDI ALTERius improbare.

Ich befinde diese manier von der sachen zutreiben nicht gut

Ie n'approuue point ceste maniere de mener affaire.

Hæc mihi ratio rei gerendæ non probatur.

Non agis vt agendum censeo

Aliter agis atque ego agendum existimo.

Tuam agendi rationem improbo.

Consuetudo tua mihi non arridet

Cum ita agis, à iudicio meo discrepas | discedis | dissentis | procul abis.

Vide Diuersa vitæ instituta.

REBELLARE.

Er ist widerspennig worden.

Il s'est reuolté.

Rebellare cœpit. Ad rebellium motus est.

In rebellionem incidit iterum defecit à fide.

A pristina mente discessit | defecit | abductus est.

Ad eundem furorem redijt.

Vide Infidelis Insidiari.

RECONCILIARE. RECONCILIARI.

Wir seind wider zusammen vereinigt.

Nous nous sommes reconciliez les vns auec les autres.

INgratiam redijmus Reconciliati sumus.

Odium amore commutauimus.

Depositis odijs, mutuam beneuolentiam suscepimus.

Inimicitias | simultates | odia deposuimus | abiecimus | dimisimus.

Omnem veterem iniuriarum memoriam | omnem vlciscendi voluntatem ex animo deleuimus.

Pulso odio successit amor.

Ortus est inter nos, vetere prorsus extincto odio, mutua beneuolentia.

Animorum nostrorum in amore mutua consensio | animorum nostrorum ad amandum mutua propensio | animorum nostrorum ac voluntatum similitudo diuturno successit odio.

Ich hab mich mit mein feinden versöhnet.

Ie me suis reconcilié auec mes ennemis.

CVm inimicis in gratiam redij.

Reconciliatus sum cum inimicis.

Cum inimicis, reiecto odio me coniunxi.

Ich soll mein bestes thun vmb dich wider vmb mit mir zu versöhnen.

Ie m' efforceray de me remettre en grace auec toy.

VT mihi tua voluntas reconcilietur, operam dabo. Vt mihi tua voluntas reconcilietur, enitar|contendam|elaborabo.

Efficiam vt gratiam mihi tuam meo merito restituas|vt mecum in gratiam redeas| vt te mihi reconcilies| vt animus tuus, qui antea erat, idem in posterum erga me sit|vt sis in me, sicut antea, animatus|vt si quid alienæ opinionis, aut parum amicæ voluntatis aduersum me suscepisti, deponas|abijcias|dimittas.

Vide Iniurias obliuisci.

REDIRE.

Ich kehre widerumb ins Feldt/sonder gedancken.

Ie retourne aux champs, sans y penser.

REpeto rus insciens.

Reuertor|reuerto|redeo|refero me rus inscientem| imprudens|præter voluntatem.

Pedes me rus inscientem referunt.

Vide Denique. Tempus alienum.

REIP. VTILITATEM CVRARE.

Ein jeglicher muß sich mit dem fleiß begeben zu dem nutz der gemeynden, dann wir vnsere eygen sachen mit fleiß zu beherzigen.

Vn chacun se doit ranger au proufit de la chose publique, auec tout autant de soing, comme nous soulons auoir a cueur nos choses particulieres.

DEbet suam quisque voluntatem ad publicam causam aggregare eo studio, quo rem nostram familiarem complecti solemus.

Debet vnusquisque Rempubl curare|Reipubl curationem habere|Reipub rationibus consulere| eo studio, quo fortunas nostras complecti ac fouere solemus| quo priuata commoda tueri solemus.

Vnusquisque æque publicam rem curet ac priuatam.

Vide Accommodare suam voluntatem ad Rempub.

RE-

RELAXARE ANIMVM.

Ich will ein wenig ins Feld gehen / vmb mich was zu verstu-stieren.

Ie pretens m'en aller aux champs, pour donner quelque relasche à mon esprit.

RVs cogito, vt animum relaxem.

Rus cogito, animi causà|vt animum parumperà molestijs abducam|vt animus parumper acquiescat à curis|vt animum curis distractum varieque dissipatum recolligam|vt animus sine cura quiescat|vt animus ex curarum tædio recreetur|vt aliquid iucunditatis degusten.|vt aliqua iucunditate fruar|vt amissam animi iucunditatem recipiam.

Rus cogito, vt quam mihi negotiorum & curarum odiosa consuetudo hilaritatem ademit|abstulit|eripuit|in me extinxit|perdidit, eam rerum iucundissimarum aspectu atque vsu recuperem|recipiam.

Vide Quiescere Rure delectari. Studia intermittere.

RELIGIOSVS. RELIGIO.

Du bist vberauß Gottsförchtig.

Tu es fort addonne au culte diuin.

REligiosissimus es.

Magna es & antiqua religione.

Maxima cum religione vitam traducis.

Pius sanctus es, pietatem in primis colis.

Exemplar es religionis.

Vitam sanctè|& piè exigis.

In te tanquam in speculo intuentur, qui pietatem|qui religionem colunt.

Insigni es pietate erga Deum.

Der [illegible] der sich Gott auffgibt.

Celuy la fait sagement, qui se donne à Dieu.

QVi se Deo dicat, egregie sibi consulit.

Qui se Deo addicit|dedit|totum tradit, præclarè vitam instituit|sapienter facit|optimam partem eligit|rectam init viam|cursum capit laudabilem.

Qui

Qui se ad vnum Deum confert | qui suas omnes cogitationes | omnia studia in vno Deo figit ac locat | q. ab vno Deo pendere vult | qui diuina studia, præter nihil, colit | qui Christianam pietatem non commu. vulgarique instituto, sed proprio quodam studio | propria quadam mentis inductione complectitur | qui pi. in Deum est | qui honorem Deo præstat | qui Deum animo spectat | qui Deo seruit | qui suum animum | suas cogitationes | sua consilia ad Deum refert | qui pie religioseque viuit | qui cum pietate vitam ducit | qui omnibus in rebus ducem Deum sequitur | qui omnibus in rebus duce Deo vtitur | ad Deum spectat | cuius est vita cum pietate coniuncta | qui nihil non pie cogitat | qui nihil non cogitat cum religione coniunctum, is omnium optime suis rationibus consulit ac prospicit | ei optata omnia contingunt | ei feliciter omnia succedunt | ei nihil non prospere succedit.

Vide Consulere Deum. Irreligiosus.

REMVNERARE.

Ich wil deine wolthaten vergelten.
Ie te recompenseray les biens que tu m' as fait.

CVmulatis tuis in me meritis satisfaciam.
Probabo me gratum ac memorem paribus officiis
Beneficia beneficiis compensabo.
Quæ in me contulisti, eadem recipies aut paria.
Parem gratiam referam.
Tuis beneficiis respondebo. Quæ debeo soluam.
Reddam beneficia.
Remunerabo | remunerabor te.
Remunerabor tua merita
Qui tibi ex me fructus debētur, eos vberrime | vberrimos capies | percipies | ex me colliges | ex me feres.
Eo quo premor tuorum beneficiorum onere, leuabor.
Laxabo me quasi vinculis quibusdam, si plane soluere non potero, beneficiorum tuorum.
Dum viuam | quoad viuam | quatenus vitam produ-

eam|donec viuere licebit, dabo operam diligenter|id omni studio agam|curabo|id omni studio enitar|contendam|in illud studium incumbam | in illam curam| in vnam illam rem incumbam| id mihi propositum erit in omni vita | eò spectabit animus meus in omni vita|eò curæ cogitationesque meæ referentur|intendentur|eo mea consilia dirigentur, vt me tibi memorem gratumque probem | par pari vt referam|vt in me gratum animum desiderare non possis | vt officia tua paribus à me compensentur officijs.

In omni vitæ cursu nihil mihi potius erit|nihil mihi antiquius erit|res mihi non tam erit vlla proposita| nulla de re laborabo magis | nulli rei studebo magis, aut seruiam diligentius, quam vt de me optime meritum esse læteris.

Ich kan nimmermehr deine wolthaten vergelten.
Ie ne te sçauray iamais satisfaire pareillement.

Officia tua nunquam officijs paribus æquabo.
Nullam vnquam tuorum meritorum partem assequar.
Nunquam non modo referendâ, sed ne cogitandâ quidem gratia, tuum beneficium consequar.
Nunquam ne minima quidem ex parte tuis in me meritis satisfaciam.
Nunquam omnino tibi soluam quantum debeo, ac ne vlla quidem ex parte.
Officia tua nunquam rependam | remunerabo | remetiar|compensabo.

Vide Beneficiorum memor Ingratus. Iniuriam referre. Obligatus. Præmiis afficere.

REPREHENDERE.

Sie legen mir die schuld auff.
Ils me chargent de ce cas.

Hanc in me culpam conferunt.
Vitio mihi dant|vertunt.
Fraudi tribuunt. Hoc in me conferunt.

Hoc

Hoc mihi aſcribunt. Hac me culpa condemnant.
Huius mihi culpæ notam inurunt.
Hoc me nomine accuſant.
Huius me culpæ inſimulant.
Hoc in me reprehendunt.
Hoc me crimine arguunt.
Huius me criminis arguunt.
Hoc illi vitium in me, ac ſi meum eſſet, increpant.
Mihi grauiter ſuccenſent, licet ab illa culpa longe remotus ſim.
In hoc me illi malè accipiunt|exagitant | inſectantus.
Conuitijs me vrgent|carpunt.

Vide Accuſare. Corrigere. Maledicta coniicere.

REPRIMERE CVPIDITATEM alicuius.

Ich hab seinen bösen begierden widerstand gethan.
Ie me suis opposé a sa meschante cupidité.

IMprobam illius cupiditatem repreſſi.
Improbam illius cupiditatem refutaui|retudi | fregi.
Obieci me|oppoſui me illius cupiditati|libidini | intemperantiæ.
Feci atque effeci, ne poſſet cupiditati ſuæ ſatiſfacere|libidini obtemperare|inique cogitata perficere|improba conſilia ad exitum perducere.
Longius cupiditate proceſſiſſet, niſi ego incurriſſem|occurriſſem| obuiam iuiſſem|impediuiſſem| impedimento fuiſſem|impedimenta obieciſſem.
Rapiebat eum cupiditas, ego repreſſi.
Efferebat eum libidinis impetus, ego modum ſtatui.
Effrenatam eius libidinem refrenaui.
Indomitam eius cupiditatem domui.
Eum ego ab effrenata cupiditate refrenaui.

Vide Impetum reprimere. Impedire.

RE-

RESIPISCERE.

Ich wolte das du dich selbst zwüngest.

Ie vondroye que tu te contenisses.

VElim te cohibeas.

Velim te colligas|ad modum reuoces|ad rectam rationem reducas|intra rationis gyrum reuoces | traducas.

Viel leben in jhrer jugend vbel/welche/weñ sie sich besser bedencken/darnach sich ehrlich stellen.

Plusieurs y en a, qui ayans esté en leur ieunesse de mauuaises mœurs, se repentans viuent par apres fort honestement.

PErditis in adolescentia moribus multi sunt, qui resipiscentes honeste vitam instituunt.

Perditis in adolescentia moribus multi sunt, qui deinde meliorem adepti mentem, honestioris vitæ initium ordiuntur|qui meliorem ad mentem|qui ad meliorem sententiam reuocati, laudabiliorem vitam exordiuntur.

Multorum est impuris moribus|improbis|inhonestis|turpissimis inquinata adolescentia|cōtaminata|infecta, qui deinde resipiscunt.

Viuunt multi turpiter in adolescentia, qui suos tandem mores conformant.

Multi student vitijs|turpem vitam colunt|inhonestè vitam traducunt|pecudum more vitam transigunt|procliues ad vitia sunt| turpi voluptate capiuntur|culpam facile committunt in adolescentia, qui suos tandem mores conformant.

Vide Insania perpetua.

RESPONDERE.

Ich weiß nit warumb du nicht antwortest auff das jenig was ich dich frage.

Ie ne sçay pour quoy tu ne me respondis rien à ce que ie te demande.

NEscio cur ad ea, quæ te rogo, minimè respondeas.

Nescio cur ad ea, quæ te rogo, minimè respondes|responsum minime des|responsum minime reddas|præbeas.

Nescio cur me sine responso dimittas|ad rogata nihil dicas|ne verbum quidem ex te ad ea, quæ rogo, nullum responsum auferre|ferre|elicere possim.

REVERERI.

Er ist ins eusserste ellendt gerahten / dieweil er veracht die jenige welch er schuldig war zu ehren.

Il est tombe en extreme misere, pour n' auoir faict d' estime de ceux qu' il deuoit auoir en tresgrand honneur.

DEiectus est in summas miserias, quia, quos maxime debuit, eos minime veritus est.

Deiectus est in miserrimam vitam|summas calamitates|durissima quæque|acerbissima|miserrima|postrema quæque, quia, quos minime debuit, eos contempsit|nihili fecit|aspernatus est|nullo loco habuit|minime duxit.

Cecidit|concidit|perditus est|extinctus est|periit, exitium|perniciem|vltimam calamitatem subiit|sustinuit|tulit|perpessus est|sensit|extremam fortunam subiit|adiuit|sensit quia in postremis habuit, quos minime debuit|quia habuit in postremis, quos minime æquum erat.

Vltimam calamitatem sustinuit, quia nullam rationem habuit|duxit, eorum voluntatis aut commodi, a quibus pendere debuit|quorum voluntatem remque spectare debuit|quibus consulere|quorum rationibus consultum esse debuit|quorum voluntati parere|obsequi|morem gerere, officio cogebatur.

Vide Honorare.

RIDERE.

Wenn ich etlicher Menschen Narrheit anschawe so kan ich mich lachens nicht enthalten.

Quand ie considere la sottise d' aucuns, ie ne me puis tenir de rire.

Quum

QVum nonnullorum ineptias considero, risum tenere nequeo.

Quum nonnullorum ineptias considero, ridere cogo.|quin rideam non possum|risu| à risu abstinere non queo|risum statim edo|eas cogor risu excipere.

Nonnullorum ineptæ mihi risum mouent | concitant|mihi risum excitant|faciunt|a me risum eliciunt| excutiunt.

RIMAS AGERE.

Diese Wand zerreist.
Ceste paroy se fend.

HIc paries rimam agit.

Hic paries rimam ducit | vitium facit,| labem facit| labefactatur.

ROGARE STVDIOSISSIME.

Ich bitte dich auß gantzem hertzen.
Ie te prie le plus affectueusement qu' il m' est possible.

ROgo te quàm studiose possum.

A te maximopere pro nostra summa coniunctione etiam atque etiam peto & quæso.

Precibus tecum ago quàm possum diligentissimis.

Singulari studio | quàm possum studiosissime | valdè hoc ex animo à te contendo.

Noli pati meas esse irritas & inanes preces.

Sit apud te meis precibus locus.

Exaudi|excipe meas preces.

Meis precibus facilem te præbe.

Ne me rogantem suppliciter à te reiicias.

Sine me hoc à te impetrare.

Hoc in me confer gratiæ.

Hoc impertias gratiæ. Da|largire mihi hoc.

Ich wölte das du [illegible] was ich von dir [illegible] daran mein gar [illegible] gelegen ist.
Ie voudroye que tu te persuadasses, que ce que te demande, est de telle importance, que tout mon bien y [illegible].

Velim

VElim existimes, quod à te peto, id eiusmodi esse, vt meæ fortunæ omnes in eo constitutæ sint.

Velim existimes, quod à te peto, id eiusmodi esse, vt meæ omnes fortunæ in eo agantur|consistant|in eo locatæ|repositæ|sitæ sint.

Sic à te peto, quasi in eo mihi sint omnia|quasi rationes ex eo meæ pendeant|quasi rationes meæ ad vnum illud referantur.

Hoc à te ita postulo|hoc à te ita peto|contendo, vt fortunas in eo meas positas putem | vt nihil vnquam magis.

Vide Commendare. Exaudire. Prehensare. Supplicare.

RVDIS.

Ich bin dessen nicht gewohnet.
Ie ne suis point accoustumé à cela.

NOn sum huic rei assuetus.

Ad hanc rem assuefactus|consuefactus non sum.

Nouus & insolens | rudis| tiro | non exercitatus| vsu non bene firmatus | confirmatus hanc rem aggredior.

Inexercitatus | inexercitus hoc suscipio.

Du bist vnerfahren.
Tu n'as nulle experience.

IMperitus es. Ab vsu rerum imperitus es.

Nullius experientiæ es. Nullo vsu es.

Vsu minime doctus es|Vsu expers es.

Rudis|tanquam hospes| nouus| planè peregrinus in rebus es.

Rerum insciens|ignarus|expers es.

Peregrinaris in rebus Res non tractasti.

Experientia cares|vacas.

Vsum rerum ignoras|non habes.

Non satis| parum es in tractandis rebus versatus.

Vide Indoctus Expertus.

RVINA FORTVNARVM.

Ich hab mein gut all verlohren.
I'ay perdu tous mes biens.

MEarum omnium fortunarum iacturam feci.

Mearum omnium fortunarum perniciem tuli| subii|passus sum.

Perierunt omnes fortunæ meæ.

Afflictæ | euersæ | extinctæ | perditæ|profligatæ meæ res omnes sunt.

Omnes & industriæ & fortunæ fructus perdidi.

Ex meis pristinis ornamentis & commodis nullum obtineo.

Prorsus actum est de fortunis|de rebus meis.

Nihil mihi iam reliqui fortuna fecit.

Mearum opum nihil mihi reliquum fortuna fecit.

Ita perii|ita sum perditus, vt salutem plane despe-rem.

Oppressæ iacent | euersæ sunt grauissima fortuna meæ opes|res omnes meæ.

Ita perditæ sunt fortunę meæ, vt eas seruare ne salus quidem ipsa possit.

Naufragium feci rei familiaris.

Periit mea res domestica.

Perdidi omnia bona.

Euertit me bonis omnibus fortuna.

Euersus sum omnibus fortunis.

Rerum mearum quid iam habeo|possideo?

Quid mihi reliquum fortuna fecit?

Vide Pauper.

RVINA REIPVBLICÆ.

Die Gemeynde sach ist gantz verfallen.
La chose publique est du tout ruinée.

PEriit Respublica.

Concidit| nulla prorsus est| formam planè pristi-nam amisit Respublica.

Actum est penitus de Repub.

For-

Formam| imaginem | ſimulacrum veteris Reipublicæ nullum agnoſces.

Veſtigium Reip. nullum ſupereſt.

Communis res ita delapſa eſt, vt ne ſpes quidem melius aliquando fore prorſus vlla relinquatur.

Periit omninò Reipublicæ ſalus

Non aduerſa tantum eſt, verùm etiam penitus euerſa fortuna Reipublicæ.

Fractæ ſunt opes| afflictæ ſunt vires| amiſſa eſt dignitas| extincta eſt ſalus Reipublicæ.

Vide Bellum minimè bellum. Diſſenſio ciuilis.

Die allerſchönſte Stätt der Welt werden noch einmahl durch die gewalt der fortunen nider geworffen werden.

Le plus floriſſantes villes du monde ſeront quelque iour abbatues & ruées par terre par les aſſauts de fortune.

VI fortunæ aliquando percuſſæ & proſtratæ iacebunt vrbes præſtantiſſimæ.

Fortunæ viribus perculſæ concident aliquando florentiſſimæ vrbes.

Erit aliquando, cùm vrbes ampliſſimæ iaceant perculſæ vi fortunæ, atque proſtratæ.

Præclaras vrbes obſcurabit atque extinguet | tollet| perdet| male perdet | prorſus affliget | plane opprimet| penitus euertet | omnino delebit aliquando fortunæ vis.

RVMOR INCERTVS.

Es wird ſtarck geſagt aber man weiß nicht wcher es kommt

Le bruit eſt aſſez conſtant, mais on ne ſçait qui en eſt l'autheur.

RVmores ſunt ſatis illi conſtantes, ſed ſine auctore.

Rumor eſt, ſed ſine capite.

Rumor eſt, rumore ipſo nuntio.

Sermones exaudiuntur prorſus tamen incerti| inanes.| inſirmi.| orti ex voluntate.

Sermones diſſipati ſunt, qui nulla veritate nitantur| ſine cauſſa| auctore nullo.

Iactan-

Iactantur hæc ſermonibus incertis.

Sermones diſſipantur ij, quibus haberi fides nulla debeat| vnde meritò fides abſit| in quibus non ſit pondus| qui nihil certum ſequantur| qui neq; nuntijs, neque literis comprobentur | quos veritas nulla confirmet | qui nulla veritate | nullo ſatis firmo teſtimonio| nullo prorſus argumento rationéue nitantur.

Vide Mendacium.

RVRE DELECTARI.

Ich hab ein groß gefallen drauſſen im Feld zu sein.

Ie prens vn merueilleux plaiſir à eſtre aux champs.

VOluptatem ex rure capio mirificam.

Ruri eſſe periucundum eſt.

Otium & quies ruſtica mirum in modum me delectat|oblectat|recreat|reficit|afficit|capit.

Rus mihi affert delectationem| voluptatem| iucunditatem|hilaritatem|gaudium|lætitiam.

Rus mihi delectationi eſt.

Rus me delectatione afficit.

Rus animo meo iucundiſſimum eſt.

Rure, ruſticoque otio delector|mirè paſcor.

Delectationem | voluptatem| iucunditatem ex rure capio|percipio|ſuſcipio.

Otio illo atque illa quiete, quam ruſtica parit habitatio, libentiſſimè fruor.

Si vlla re, otio capior & quiete ruſtica.

Animus meus voluptate perfunditur|expletur ex otio ruſtico.

Ruri habitare, delectat in primis.

Rus colere, iucunditatem habet.

Ruſticari, ſummæ voluptatis eſt.

Cum ruſticis eſſe, malè affectum animum recreat.

In agris eſſe, mœrorem fugat.

Ruſticam vitam agere, mœroris medicina eſt.

S.

SACRVM FACERE.

Der Prieſter muß nicht allein mit ſauberen händen/ſondern auch mit gantzem ſauberem hertzen/ Miſſe leſen.

Le Prestre doit dire Messe auec vne singuliere pureté, non seulement de mains, mais en premier lieu de cœur.

Singulari non modo manuum, sed animi in primis munditia, debet Sacerdos rem diuinam facere.

Singulari non modo manuum, sed animi in primis munditia, debet Sacerdos Sacrificiū· sacrum|res sacras facere|peragere|res sacras perpetrare | committere sacrum|sacra|sacrificium sacrificare|facere, *absolute*.

SALVARE. SALVS. SALVVS.

Ich hab mein Vatterland behütet.
I'ay sauué ma patrie.

Patriam seruaui.
Patriam ab exitio vindicaui.
Patriæ incendium extinxi.
Salutem attuli, peper | dedi patriæ.
Operâ mea stat patria.
Cadentem|labentem patriam sustinui | confirmaui| excepi.
Ego salus patriæ fui.
A me salutem accepit patria.
Patriam ab exitio|a pernicie|ab interitu| à peste eripui|liberaui.
Tutatus sum|sanaui patriæ mala.
Incolumitatem patriæ peperi.
Patriæ pestem abstuli.
Grauiter laboranti patriæ opem tuli.

Vide Defendere. Incolumis. Obsidione liberare. Patriam tueri.

SALVTARE ALTERIVS nomine.

Ich weiß es dir grossen danck, daß du jn von meinent wegen gegrüßt hast.
Ie te sçay fort bon gré, de ce que tu l'as salué de ma part.

Quod ei meis verbis salutem dixeris, amo te plurimum.

Quod

Quod eum ſaluere à me iuſſeris|quod eum meo nomine ſalutaueris, amo te plurimum.

SANARE MORBVM.

Ich habe dir geholffen als du vbel zu paß wareſt.

Ie t'ay gueri, lors que tu eſtois mal diſposé.

EGo te languentem ad priſtinam valetudinem virtutemq; reuocaui.

Ego te iacentem|malè affectum ad priſtinam valetudinem virtutemq; reuocaui.

Meo beneficio priſtinas vires recuperaſti | recepiſti| confirmatus es.

Factum eſt à me, vt ex morbo planè conualeſceres|vt ex infirmo validus fieres|vt amiſſam valetudinem recuperare |vt in ſtatum valetudinis priſtinum | optimũ reſtitueretis.

Vide Conualeſcere.

SAPIENS. SAPIENTIA.

Deine weißheit erfordert / daß du dich duncken laſſeſt / das der warhafftige lob allein in der Tugend gelegen iſt.

Ta ſageſſe requiert, que tu penſes, que la vraye louange giſt en la ſeule vertu.

TVæ ſapientiæ eſt, veram laudem in vna virtute poſitam exiſtimare.

Tuæ ſapientiæ eſt, veram laudem in vna virtute ſitam locatam|conſtitutam exiſtimare | in vna virtute conſiſtere|ab vna virtute pendere.

Pertinet ad ſapientiam tuam|ſpectat ad eam ſapientiam, qua tu excellis|eſt eius ſapientiæ, quæ in te elucet|viget | tuum eſt, qui ſapiens & haberis, & es| tuum eſt, qui ſapientia præſtas | abundas | in quo ſapientiæ plurimum eſt, laudem in ſola virtute collocare.

Virum ſapientem qualis tu es, decet animum inducere | pro certo habere|ſic habere | ita credere, exiſtere veram laudem in vna virtute|naſci, fluere | manare|proficiſci veram laudem ab vna virtute | verum decus in vna virtute ſitum | locatum | conſtitu-

tum esse | solidam gloriam non aliunde quàm à virtute pendêre.

Vide Cedère tempori. Eligere optimam partem

A SAPIENTE ALIENVM.

Dasselbig stehet in keinem wege einem weisen Man zu.
Cela ne conuient nullement à vn homme sage,

Est hoc à sapiente alienum.
Hoc in sapientem minimè cadit.
Pertinere hoc ad sapientem non potest.
Non est, vt obuenire hoc sapienti possit.

SAPIENTER FACTVM.

Ich hab mir gantz vorgenommen / mein that mit guten vrsachen zu verthedigen.
Ie suis resolu de defendre mon faict par viues raisons.

Omninò constitui meum factum rationibus tueri. Omninò decreui|deliberaui meum factum purgare|probare.

Id mihi propositum, planeq; certum est, vt rationem reddam consilij mei.

Agere | probare | tueri | defendere| sustinere meam causam prorsus volo.

Argumentis minimè dubijs ostendere | rationibus persuadere volo, non me casu| temere| inani quadam voluntate| repentino mentis impetu| nulla satis firma certaue causa impulsum | commotum | adductum id fecisse.

Quod feci, ostendam iure| consilio factum | optimis de causis| ratione suadēte | ratione duce| certo iudicio| rectè & consideratè factum | ita factum, vt reprehendi non possit.

Quod feci ostendam ita factum, vt mihi temeritatem|imprudentiam | inopiam consilij nemo possit obijcere| vt nemo possit in controuersiam|in dubium vocare| vt nemo possit meritò damnare|vituperare|accusare|exagitare|vitio dare.

SAT DIVES.

Er war reich genug.
Il estoit assez riche.

SAtis valebat opibus.
Satis erat diuitijs instructus|munitus.
Satis erat paratus à re.
Res erat familiaris satis ampla.
Satis habebat. Satis possidebat diuitiarum.
Satis ei diuitiarum erat.
Minimè erat ei angusta res domestica.

Vide Diues.

SCELVS GRAVISSIMVM.

Man find kein schwerer Sünd / als seinem vatter gewalt anzuthun.
Il n'y a crime plus enorme, que de faire tort & violence à son pere.

NVllum scelus grauius est, aut detestabilius, quàm patri vim afferre.

Nullum crimen | peccatum | piaculum grauius est, aut detestabilius, quàm patri manus inferre | quàm erga patrem impietatem exercere | quàm patrem malè habere | quam patri iniuriam facere | inferre.

Maximo se astringit sceler | graue piaculum admittit | impie facit, qui parentem violat | lædit | qui violat eam pietatem, quæ parenti debetur.

Nullum scelus abest ab eo scelere | in vno illo scelere omnia insunt scelera, cùm parenti vis infertur.

Vide Peccare. Vitiosus.

SCIENTIAM ALIQVAM omninò callere.

Er ist gar wol erfahren im Landmessen.
Il est tres expert en Geometrie.

GEometricis literis est perfectè eruditus.
Penitus cognouit Geometriam.
Tenet omnino Geometriam.

Callet omnino Geometricam scientiam.

Excellit in Geometria.

Perfectam | absolutam | singularem | eximiam Geometriæ scientiam possidet.

Ita processit in Geometria, vt ad summum peruenerit.

Vincit omnes | præstat omnibus | antecellit omnibus | nemini secundus est | parem habet neminem | superior omnibus est in Geometrica scientia.

Geometrica doctrina | disciplina apprimè exculta est.

Vide doctus.

SCOPVS COGITATIONVM.

Meine meynung war / daß mein lehrjünger nicht allein in wissenschafft sonder auch in tugend sollen zunehmen.

Mon entention a esté, de faire proufiter mes disciples non seulement en sciences, mais aussi en vertu.

Consilium meum hoc fuit, vt discipuli mei non in scientijs tantum, sed in virtute etiam progressum facerent.

Hoc spectaui | hoc volui | hoc secutus sum | id egi | huc retuli mea consilia | huc retuli meas cogitationes | huc animum meum intendi | eo mentem intendi, huc mentem direxi | huc consilia contuli, huc spectauit animus meus | hic animo meo meisque consilijs scopus fuit | hic est terminus, finis, scopus, quo intenduntur cogitationes meæ | hæc est quasi meta, quò, vt perueniam, elaboro atque vigilo | huc me voluntas ducit | huc iudicium & ratio ducit, vt discipuli mei non in scientijs tantum, sed in virtute etiam progressum facerent.

Vide Proponere sibi. Deliberare.

SCRIBERE, seu SCRIPTIS mandare.

Du schreibst gar wol.

Tu escris fort bien.

SCribis egregiè. Scribendi laude excellis.

Sublimiter & eleganter ſcribis.

Ita ſcribis|ita verſaris in ſcribendo, tua vt excellat induſtria.

Scribis vt pauci.

Propriam quandam laudem in ſcribendo conſequeris.

Præclara ſunt, quæ ingenio ſtudioque paris|quæ tua parit induſtria.

Mirabiles| minimè vulgares ſunt ingenij & induſtriæ tuæ fructus.

Quidquid ex te promis, alios delectat, teipſum laudibus illuſtrat.

Ich wolte das die geſchichten vnſerer zeit durch dich beſchrieben weren.

Ie voudroye que ce qui s'eſt fait de noſtre temps, par toy fust mis par eſcrit.

RES noſtras velim monumentis commendari tuis.

Velim à te noſtrorum temporum conſilia atque euentus literis mandari.

Geſta noſtra gloriæ ſempiternæ commendari per te cupio.

Noſtrorum nomen velim tuis ornari|illuſtrari| celebrari ſcriptis.

Die Schrifften Varronis werden mehr vmb der gelehrtigkeit dann vmb der wolredenheit gelobet.

Les eſcrits de Varron ſont approuuez d'vn chacun, non pas tant pour l'eloquence, que pour la doctrine.

SCripta Varronis magis ob doctrinam, quàm eloquẽtiam|ex doctrina potius, quam eloquentia| rerum cauſa, non verborum probantur ab omnibus.

Libros Varronis| ea quę Varro chartis mandabat| litteris cõmittebat|ea quæ Varro componebat|ſcribebat|ea quæ Varro literis perſequebatur|literis explicabat|litterarum monumentis tradebat|prodebat| mandabat|committebat|commendabat|ea quæ Varro monumentis & literis mandabat, probant omnes, rerum fructu potius, quàm ſpecie verborum adducti.

Die alte Scribenten haben also von der tugend geschrieben daß auß ihren Büchern ein sonderliche vernunfft herfür sch inet.

Les Autheurs anciens ont tellement escrit de la vertu, que l'on peut remarquer en leurs liures vne rare industrie.

ITa veteres de virtute scripserunt, vt in libris eorum singularis eluceat industria.

Adeò præclara sunt à veteribus ad bene viuendum de virtutis præstantia scripta|tradita|prodita|memoriæ mandata|monumentis consignata literarum|scriptis explicata|consignata chartis|tradita seu prodita literis|literis mandata|consignata|commendata|comprehensa|expressa|explicata, vt in libris eorum singularis eniteat|emineat|excellat industria.

SEMPER.

Nach dem der Mensch geschaffen ward / ist kein löblichers ding gewesen/als die Tugend.

De puis que les hommes sont hommes, iamais n'y eust chose plus loüable que la vertu.

POst hominum memoriam nihil vnquam virtute præstantius fuit.

Post homines natos|post nostram patrumque memoriam|ex omni memoria nihil virtute gloriosius fuit|nihil vnquam virtute præstantius fuit.

Ij semper gloria maximè excelluerunt, qui virtute maximè præstiterunt.

Vide Cogitare perpetuò Studere supra modum. Studia intermittere. Studiorum perpetua vtilitas Comitari.

SENEX. SENECTVS. SENESCERE.

Der Eltern Alter lehnet sich auff der Söhnen jugend.

La vieillesse des parens s'appuye sur la ieunesse des fils.

PArentum ætas ingrauescens, filiorum in adolescentia conquiescit.

Parentem imbecillitas, filiorum nititur adolescentia.

Parentum ſenectutem fulcit ac ſuſtentat filiorum adoleſcentia.

Subſidio eſt labentibus parentum viribus adoleſcentia liberorum.

Senio parentum ſubuenit adoleſcentia filij.

Ich bin ſehr alt.

Ie ſuis fort vieil.

Extremæ ſenectutis onus ſuſtineo.

Satis diu vixi Satis naturæ vixi.

Ætatis ſatis vixi. Vitæ ſatisfeci ætate.

Ætati ſatis ſuperque vixi.

Vixi vitam ſatis diuturnam.

Vixi quatenus homini licet.

Vixi quatenus homini ſatis eſſe poſſit.

Iam me ad exitum vitæ pæne natura ipſa perduxit.

Curſus mihi vitæ iam penè confectus & abſolutus eſt.

Decurſum mihi iam propè vitæ ſpatium eſt.

Decurſa mihi iam propemodum eſt ætas.

Tanquam à carceribus ad metam vitæ iam perueni.

Extrema mihi vitæ pars agitur.

Satis longe vitam produxi.

Satis longum vitæ ſpatium peregi.

Non eſt cur me pœniteat quantum vixerim.

Curſum vitæ minimè breuem peregi.

Non me pœnitet quantum vixerim.

Hoc vitæ ſpatio contentus eſſe poſſum.

Non moriar immaturus.

Non auellar immaturus à vita.

Quantulum mihi vitæ ſpatium reſtat|ſupereſt| reliquum eſt|relinquitur?

Welcher iſts der nicht begert lang zu leben.

Qui eſt celuy qui ne ſouhaitteroit de viure plus long temps.

Ecquis eſt, qui diuturnam vitam non amet?

Ecquis eſt, qui diuturnam vitam non cupiat|exoptet|expetat?

Ecquis eſt, cui diuturna vita non placeat?

Quis diu viuere|diu vitam agere| vitam diuturnam

ducere|traducere|vitam diuturnam agere|transigere|viuere non cupiat?

Quis diuturna lucis vsura frui|diu inter homines agere|diu inter homines versari|diu in terris morari non cupiat?

Jch förcht daß ich nicht werde so lang leben.
I'ay grand peur que ie ne viuray pas si long temps.

VEreor ne non tam diu viuam.
Vereor ne non vsque eò vitam producam.
Explorata mihi ad eam diem vita non est.
Incerta ad illud tempus vita est.
Vitam quis mihi præstet ad illud tempus?
Optandum est, vt ad id tempus ducere spiritum possim.

SENSV CARERE.

Die Todten fühlen nichts mehr.
Les morts ne sentent plus rien.

MOrtuis nullus inest sensus.
Mortui sensu carent.
Sensus à mortuis abest.
Sentiendi vis morte extinguitur.
Morte sensus amittitur.
Nullus in morte residet sensus.
Mors nullum habet sensum.
Extra sensum mors est.
Vide Obstupefieri.

SENTENTIAM MVTARE.

Du bleibst bey deiner meynung nicht.
Tu ne t'arrestes pas en ton opinion.

NOn permanes in eadem sententia.
Non persistis|non perseueras|non pergis in eadem sententia.
Tuam sententiam non retines|non tueris|non seruas.
Mutas sententiam|consilium|opinionem.
Sensum mutas|deponis.
Diuersam opinionem suscipis|capis.

Tibi non conſtas. Aliter exiſtimas.
Diſcedis à ſententia|à conſilio|ab opinione.
A te diſſentis. Labas in ſententia.
A priſtina ſententia deſciſcis.
Eadem non eſt|fixa non eſt| infirma eſt tua ſententia.
Senſus tuus non idem eſt | alius nunc eſt | immutatus eſt.

Du biſt nun der meynung nit / wie vergangen jahr / angehend den frieden.
Tu n' es pas de la meſme opinion que l' année paſſée, touchant le faict de paix.

NOn eadem tua eſt, quę anno ſuperiore, de pace ſententia.
Tua de pace ſententia, cum ſuperioris anni ſententia conuenire non videtur.
Non quod anno proximo, nunc idem de pace ſentis.
Anno proximo| ſuperiore pacis auctor præter cæteros eras, nunc videris à priſtina ſententia deſciuiſſe.
Pacem vnus omnium maximè tuebaris anno ſuperiore, nunc alia tua mens videtur | nunc non eadem opinio tua eſt|nunc diuerſa opinio tua eſt.

Jch kan dieſe meynung nicht verlaſſen.
Tu ne puis nullement me departir de ceſte opinion.

AB hac ſententia deduci non poſſum.
Hanc deponere & aliam ſuſcipere opinionem vix| ægre|nullo modo| nulla ratione | nequaquam | neutiquam|minime|prorſus non poſſum.
Quid eſt, quod aliam in partem traducere me debeat.
Cur hanc opinionem abijciam?
Cur aliter ſentiam?
Cur à me ipſo diſſentiam?
Quæ me ratio à ſententia deducat?

Vmb ihrer boßheit willen hab ich mein alte meynung müſſen verändern.

Par leurs meschancetez i'ay esté contrainct de changer mon ancienne opinion.

ISTorum improbis artibus factum est, vt abiecta vetere illa sententia, nouam susceperim.

Istorum maleuolentissimis obtrectationibus | istorum improbis artibus | istorum iniqua infensaque in primis opera de vetere illa mea sentẽtia depulsus sum | deiectus | detrusus | deturbatus sum.

Factum est horum culpa | commissum est horum iniquitate, vt à mea illa vetere sententia desciuerim | discesserim | vt animum à sententia abduxerim | vt in alteram cursum opinionis flexerim | mutauerim | alio conuerterim.

Vide Inconstans.

SENTENTIAM RECTAM deponere.

Ein Erbar Man bleibt stetig bey seiner guter meynung.
L'homme vertueux tient fort a sa bonne opinion.

VIr bonus tenet arctè, quam semel complexus est, sententiam.

Vix bonus à recta sententia desciscere vix potest.

Vir bonus in recta sententia firmissimè constat.

Vir bonus, vt sententiam mutet, non facilè adducitur | impetrare à seipso nullo modo potest.

Viro bono sensum rectum deponere difficile | magni negotij est.

SEPELIRE.

Die sind nit alle begraben gewesen, welche gestorben sind.
Tous ceux qui sont morts, n'ont pas esté ensceuelis.

NOn omnes qui obierunt, sepulti sunt.

Non omnes, qui obierunt, sepultura affecti sunt | in sepulcro conditi sunt | ad sepulturam dati sunt | in sepulcrum illati sunt | tumulo mandati sunt | sepulturæ honorem adepti sunt.

Aliquot ex ijs, qui obierunt, honore sepulturæ caruerunt | insepulti iacuerunt.

SEPELIRE HONORIFICE.

Ich hab ihm ein herrliche außfahrt angethan.

Ie luy ay fait des funerailles assez magnifiques.

FVnus ei satis amplum faciendum curaui.

Dedi operam, vt funere satis amplo| magnifico | honorifico efferretur.

Dedi operam, vt exequijs honestaretur.

Exequijs eum honorificis prosecutus sum.

Honorificè sepultus est.

Sepulturâ honestatus est.

Funeris| exequiarum | sepulturæ honore non caruit.

Habuit in funere, quæ illum decorarent | illi honorem adderent|illi honori essent.

SERIA RES.

Diß ist ein sach daran viel gelegen ist.

C'est affaire est de grande importance

GRauis admodum hæc res est.

Hæc res multum habet ponderis |grauitatis.

Hæc res minimè leuis est.

Inest in hac re grauitatis ponderisq; multum | non mediocre pondus.

Hoc rem continet. In hoc tota res agitur.

In hoc sunt omnia.

In hoc sita|posita|collocata|constituta sunt omnia.

Ex hoc omnia pendent.

Hoc interest| valet in omnes partes.

Hoc tanti est, vt omnia comprehendat.

Hoc eius ponderis est|hoc eiusmodi est, vt omnia complectatur.

Ich hab ein grosse sach im sinn.

I'entrepens en mon esprit vne chose grande.

MAgni momenti rem in animo voluo.

Magni ponderis rem in animo voluo.

Magnum quiddam specto.

Præclara quædam admodumque sublimia, suscipit & cogitat animus meus.

Vide Negotium operosum.

SIMILIS. SIMILITVDO.

Es ist zwischen vnsern sachen kein vnderscheid.
Nos affaires ne sont en rien dissemblables.

NVlla est rerum nostrarum dissimilitudo.
Inter res nostras nihil interest.
Nihil est, quo res tuæ differant à meis.
Res tuas nihil à meis intelligo differre | discrepare.
A rebus meis tuæ res | tua minimum differunt.
Congruunt res tuæ cum meis.
Simillima | eadem rerum nostrarum ratio est.
Qui tuas res intuetur, meas intueri se dicet.
Tuis in rebus res meas | mea agnosco.
Rerum mearum imaginem in rebus tuis video.

Vide Differre.

SIMVLATIO A VIRO BONO aliena.

Es gebürt einem Erbarn Man nicht das er gef.vnst sey.
Il n'est pas seant à vn homme de bien, de faindre aucune chose.

VIrum bonum simulatio non decet.
Non cadit in virum bonum simulatio.
Ab omni simulandi studio vir bonus longè abest.
Virum bonum non decet simulare.
In viro bono figmenta non probantur.
Aliud sentire & loqui, non est eius, qui vir bonus haberi velit.
Viri boni non est fingere.
Artem simulandi qui sequitur, bonorum in numero non est | bonorum numero excluditur | longè à bonorum consuetudine discedit.

Vide Astutiæ, Mendacium, Sincerus.

SIN.

SINCERVS.

Ich bin auffrichtig von hertzen.
Ie suis d'vn cœur sincere.

SIncerus mihi animus est.
Simplex|apertus| directus| candidus | nulla simulatione tectus|nulla arte coloratus| purus à fraude | purus ab omni labe mihi animus est.
Simulationem | simulandi artificium natura mea| mea consuetudo respuit.
Simulandi studium à me prorsus abest.
Neque libenter,neque facilè fingo.
Simplicem|apertam veritatem amo.
Odi artes,quibus veritas, vt inuolucro quodam,obtegitur.
Simplex homo sum,non duplex.
Non sum animo duplici|versuto.

Wenn du mein natur vnd gemüth wirst erkennen/ so befindestu das in mir kein betrug ist.
Quand tu auras cogneu mon naturel, tu verras que ie ne suis point cauteleux.

CVm ingenium meum perspexeris, nihil in me insidiosum aut fallax agnosces.
Cum ingenium meum cognoueris| expertus eris| vsu perspectum habueris | ipsa re cognitum habueris, abesse me ab omni dolo,omnique fraude| minime astutum| insidiosum | fraudulentum |dolosum| minimè nectẽdis fraudibus assuetum| minimè parandis dolis| struendis insidijs assuetum|esse me sinceri animi | esse me simplicis ingenij| apertæ voluntatis | rectæ mentis| esse me alienum ab arte simulandi | esse me alienum ab arte fraudandi|fallendi|decipiendi,agnosces.

Vide Astutiæ.Fallere.Iudex sincerus.Mendacium,Simulatio.

SO-

SOBRIVS.

Ich bin nicht von grossem essen.
Ie ne suis pas grand mangeur.

NOn mu ti cibi sum Minimè sum edax. Tenui cibi vtor. Sobrius sum.

Non me cibis ingurgitare soleo.

Sobriè|parcè|continenter|seuerè|non delicatè, aut molliter viuo.

Frugaliter ac modestè viuo.

Vide Diæta Gula Pinguescere.

SOCIETATEM INIRE.

Man muß mit den bösen kein gemeinschafft machen.
Il ne faut point faire alliance auec les meschans.

Non est cum improbis hominibus iungenda societas.

Coire nos societatem| coire in societatem cum perditis hominibus minimè debemus.

Dare se in societatem perditorum|conferre se|applicare se|adiungere se ad homines perditos| coniungere secum hominibus sceleratis|vinculo se societatis obstringere cum perditis hominibus, vtilitatis vel maxima spe proposita|vel si spes vtilitatis maxima ostendatur non decet|turpe est.

Qui se socium ad perditos homines adiungit | qui cum perditis hominibus coit| qui perditos sequitur| qui comitem se præbet improbis, facit turpiter | facit contra quàm decet|facit minimè laudabiliter.

Vide Solitarius.

SOLERS. SOLERTIA.

Vnder allen mit welchen ich conuersiert hab / hab ich niemand vernünfftiger befunden/als du bist.
Entre tous ceux que i'ay hante, ie n'ay trouué aucun plus ingenieux que toy.

NEminem ex illis, quibus vsus sum, æque ac te solertem cognoui.

Non puto in duobus tribubus ſummum|ad ſummũ, ex tot hominum numero quibuſcum verſatus ſum, ſolertiam perſpexiſſe parem tuæ.

Non facilè poſſum multos recenſere, ex iis quibuſcum conſueui, in quibus eam, quâ polles|quâ præditus es|quâ præſtas|excellis|qua mirus es|effulges|qua ornatus es, prudentiam|ſolertiam|ſapientiam|ſagacitatẽ|id ingenii acumen compererim|detexerim|peruiderim|obſeruauerim|inuenerim|repererim.

Paucos reperias æquè prudentes|cautos|circumſpectos|ſolertes|callidos|aſtutos|ſcitos|ſagaces|vafros|prouidos.

Vide Aſtutiſsimus. Ingenioſus. Prudens.

SOLITARIVS.

Du haſt viel ein andere manier als die andern.

Tes meurs ſont du tout differens de ceux de tout les autres.

ALienus es ab omnium conſuetudine ac moribus.

Cum nemine prorſus tibi conuenit.

Tui mores ab omnium moribus abhorrent.

Aptus non es ad mores|ad conſuetudinem cuiuſquam.

Minimè accommodatus es ad cuiuſquam ingenium.

Ineptus es ad naturam cuiuſquam.

Neſcis vti cuiuſquam conſuetudine.

Non facile tuos mores ad cuiuſquam mores conformas

Moroſus es, nimiumque difficilis in conſuetudine & vſu.

Solitarius homo es.

Melius tibi eſt in agro vitam agere, quàm inter homines viuere.

Ita mores aliorum faſtidis, vt nemo te, tu nemine vti poſſis|vt neque tu quenquam, neque te quiſquam ferre poſſit|vt neque tu conſuetudine cuiuſquam, neque tua quiſquam vti poſſit.

Vide

Vide Odiosus.

SOLVENDO NON ESSE.

Es ist mir vnmóglich zu bezahlen.
Il m' est impossible de payer.

Soluendo non sum. Non est vt possim soluere.
Non habeo vnde soluam.
Non suppetit vnde creditoribus satisfaciam.
Periculum est ne foro cedam|solum vertam.
In magno decoquendi periculo versor.

Vide Pauper.

SPERARE. SPES.

Du gibst mir gute hoffnung / das du ein Tugendhaffter Man werden wilst.
Tu me donnes grande esperance, que tu seras excellement en vertu.

Spem affers eximiam summæ virtutis.
Adducis me summam in spem eximiæ virtutis.
Facis vt sperem de tua virtute, eaque minimè vulgari.
Es tu quidem apud me in egregia spe virtutis propè singularis.
Inclinat animus meus, à te videlicet impulsus, ad optimam spem tuæ virtutis eximiæ.

Ich hoffe dz wir durch ewere vereinigung den Sieg werden erlangen.
I' espere que vostre accord nous causera la victoire.

IN vestra concordia spem maximam pono victoriæ.
Ex vestra concordia victoriam spero.
Vestra concordia victoriæ mihi spem adfert.
Victoriam, vt spero| pro mea quidem spe| quantum quidem spero | nisi me spes fallit| vt animus meus augurarur| quemadmodum ipse mihi polliceor, pariet| afferet vestra concordia.
Concordiæ vestræ fructus, nisi mea spes infirma prorsus est, erit victoria.

Vide

Vide Desperare.

SPERARE A SEIPSO OMNIA

Der Philosophen gewonheit ist / daß sie sich nicht auff die fortun verlassen/welche grosse macht hat vber menschliche dinge / sondern all ihr vertrawen auff sich selbst setzen.

C'est la coustume des Philosophes non pas s'appuyer à la fortune, laquelle a tres-grande puissance aux choses humaines, mais de se confier entierement en eux mesmes.

HIc est mos Philosophorum, non vt à fortuna pendeant, cuius est in rebus humanis maxima vis, sed vt in se ipsis omnia statuant.

Illud est Philosophorum institutum | ea vitæ ratio Philosophorum, non vt a fortuna pendeant, cuius est in rebus humanis maxima vis; sed vt in seipsis omnia collocent| ponant| omnes in seipsis sitas ac locatas rationes & spes habeant| se spectent ipsos| suis nitantur viribus| nihil aliunde expectent| a seipsis omnia expectent| præsidia constituant ad omnes casus in seipsis omnia.

Vide Falli.

SPERARE OPTIME.

Ich hoffe daß vns diese vereinigung zu freuwen sol.

I'espere que nous receurons grand contentement de ceste alliance.

SPero nobis hanc coniunctionem voluptati fore.

Optimam de hac habeo coniunctione spem.

De hac coniunctione spero optimè.

Spes me tenet|sustentat|alit|pascit|fouet optima de coniunctione.

Mich duncket daß ich erlangt hab/ dz wir sehr gute hoffnung haben mügen.

Il me semble que i'ay obtenu cela, que nous pouuons auoir fort bonne esperance.

HOc videor mihi esse consecutus, vt optimam spem habere possimus.

Hoc videor mihi esse consecutus, vt optima spe niti possimus.

Eò rem produxiſſe mihi videor, vt euentum ſperare quàm ſecundiſſimum liceat.

Iacta ſunt à nobis fundamenta rei, ſic, inquam, vt certa propemodum in ſpe reliqua ſint.

Rem, vt opinor, ita conſtitui|in eo ſtatu collocaui|in eum ſtatum adduxi, nihil vt contra voluntatem | vt omnia ſecunda|vt omnia qualia volumus | vt omnia ex noſtra voluntate| vt omnia ex animi ſententia ſperare poſſimus.

Rem, vt opinor, ita compoſui atque conformaui, nihil vt aduerſum timere poſſimus.

SPERARE SINE CAVSA.

Ich ſehe nicht warumb du dieſe hoffnung haſt.
Ie ne voy point pourquoy tu as ceste esperance.

Non video cur ſperes.

Non video quare|quamobrem| qua cauſa| qua de cauſa|quā ob cauſam| qua ratione inductus | qua commotus cauſa|quo impulſus argumento ſperes.

Tuæ ſpei cauſam me ignorare confiteor.

Spei tuæ cauſa me præterit|me fugit|latet|mihi quidem aperta non eſt | mihi quidem perſpicua | manifeſta|clara|nota|ſatis clara non eſt | perobſcura apud me eſt|explorata mihi non eſt|obſcuritatis apud me habet plurimum.

Quæ te ratio|quid te rationis in hanc ſpem induxit| impulit?

Cur in hanc ſpem veniſti?

Quam rationem ſecutus es|quid effecit vti ſperares?

Quæ te duxit aut hortata eſt ſpes?

STATIM.

Ich will an ſtund dein gebot volbringen.
I' accompliray tout a ceste heure ton commandement.

Quamprimùm exequar tua mandata.

Statim|confeſtim|illico|exemplò|actutum|citò| primo quoque tempore | ſine mora | ſine cunctatione| nulla facta mora|e veſtigio|nulla interpoſita mora | omni

mni prorſus abiecta mora | cunctatione | ne minimo quidem ſpatio temporis interiecto, quod mandaſti perficiam|exequar tua mandata | tuis mandatis parebo|effectum dabo quod mandaſti | præſtabo quod à te mandatum eſt.

Vide Differre. Expedire.

STVDERE ALICVI DISCIPLINÆ.

Von jugend auff hab ich mich zu dieſer lehr begeben.
Ie me ſuis adonné des mon enfance, à ceſt eſtude.

MEam operam ad hæc ſtudia iam inde à puero contuli.

In hoc ſtudiorum genere meam operam conſumpſi| collocaui.

Meam operam iam inde à pueritia his dedi ſtudiis.

Huic me doctrinæ à pueritia dedi.

Hanc ego doctrinam | hanc ſtudiorum rationem | hoc ſtudiorum genus ab ineunte ætate ſum ſecutus.

Hæc ſtudia à primis annis colui.

Hæc me à puero doctrina delectauit.

Huic literarum generi à teneris annis deuinctus fui.

Incubui puer in hæc ſtudia.

Vide Philoſophiæ ſtudere.

STVDERE CICERONI.

Mein gantze luſt iſt die Schrifften von Cicero zu leſen.
Ie prens tout mon plaiſir à lire Ciceron ſeul.

VNius Ciceronis animum meum lectio paſcit.

Vnus me Cicero delectat|capit|tenet.

Vnus mihi placet Cicero.

Meum in vno Cicerone ſtudium pono | conſumo| colloco.

Vni Ciceroni meum ſtudium dicaui.

Ad vnum Ciceronem meam operam contuli.

Vni Ciceroni operam do.

Vni Ciceroni meam operam|mea ſtudia | meas vigilias dedi|trad.di|addixi.

Vni Ciceroni meas vigilias dicatas eſſe volo.

STVDE-

STVDERE NOCTE.

Ich hab angefangen nacht vnd tag zu studieren.
I'ay commencé à estudier nuict & iour.

NOcturnas vigilias diurnum ad studium cœpi adiungere.

Diurno cum studio nocturnas vigilias coniungere cœpi.

Ad studia iam etiam aliquantum noctis assumpsi.

Discendi causa vigilias suscepi.

Vigilare de nocte| noctu|per noctem studiorum causa cœpi.

STVDERE SVPRA MODVM.

Du thust nichts als studieren.
Tu ne fais qu' estudier.

NVnquam studia intermittis.

Vsum studiorum nunquam dimittis.

Nunquam te seiungis à studio.

Totus in studijs es.

Noctem cum die studendo coniungis.

Tua studiorum sitis| tua legendi sitis nunquam extinguitur|nunquam satiatur|expletur.

Assiduè studia colis|tractas|exerces.

Libris|litteris omnibus deditus es.

Nimius in studijs es.

Nimium in studijs operæ consumis.

Nimium te studijs dedisti.

Nimia studiorum cupiditate flagras.

Te studiorum amor & consuetudo nimium tenet.

Nimis in studijs elaboras|inuigilas|sudas.

Exerces te nimis immoderate | intemperanter in studijs.

Nimium laboriosè studia tractas.

Sustines laboris plus quam satis est, in studijs exercendis.

Sic laboras in studijs, vt vires tuas imminuas | consumas|exhaurias|debilites|infirmes|affligas.

Nunquam te explent studia.

Modum in studijs non tenes|retines|seruas.

Modum

Modum in ſtudijs nullum agnoſcis.

Non infra modum, ſed ſupra modum, ſunt ſtudia tua.

Legis præter modum| ſupra modum|extra modum| parum modice|immoderate | minus moderate | ſine modo|nimis intemperanter.

Nunquam non legis.

Aſſidue|omnibus horis|diu noctuque legis.

Libros de manibus nunquam deponis.

Libros aſſidue in manibus habes | tractas | euoluis| lectitas|legendo conteris.

Heluo librorum es.

Vide Aegrotare ex ſtudiorum labore. Studia intermittere.

STVDIA ABIICERE.

Ich hab mir vorgenommen das ſtudieren bleiben zu laſſen.

I' ay delibere d' abandonner entierement les eſtudes.

VSum ſtudiorum in perpetuum dimittere cogito.

Prorſus abijcere ſtudia|minime de ſtudijs in poſterum laborare, cogito.

Meam operam| meum tempus| meam induſtriam à ſtudijs alio traducere|transferre cupio.

Multam litteris ſalutem dicere in animo eſt.

STVDIA INTERMITTERE.

Es iſt vns zugelaſſen das ſtudieren ein zeitlang bleiben zu laſſen.

Il nous eſt permis de donner relaſche à nos eſtudes.

FEriari licet à ſtudijs.

Licet animum à ſtudijs abducere.

Deponere aliquantiſper ſtudiorum onus licet.

Poſtulat tempus, vt ſtudia intermittantur.

Tempus fert, vt ſtudia intermittantur.

Tempus fert, vt ſtudiorum vſus parumper dimittatur.

Omittere ſtudia | leuare animum onere ſtudiorum honeſtè poſſumus.

Vacatio datur à ſtudijs.

Feriæ ſtudiorum conceduntur.
Anniuerſarium eſt curiæ iuſtitium.

Budæus in Fore.

Solemnes ſunt in omnibus conclauibus feriæ.

(Idem.

Die langwierigkeit deß ſtudieren iſt gar ſchädtlich der geſundheit.
L'eſtude continu intereſſe grandement la ſanté.

CONtinuum ſtudium nocet.
Studium nocet, niſi abſtineas aliquoties | niſi ferieris | niſi animum relaxes.
Studium, ſi nunquam ceſſes, non parum obeſt.
Studium abſque vlla intermiſſione | vacatione | interpellatione | feriatione | ceſſatione, plurimum obeſt.
Studium abſque alterna requie plurimum obeſt.

Vide Libenter concedere. Relaxare animum. Studere ſupra modum.

STVDIA REPETERE INTERMISSA.

Ich will mein verlaſſens ſtudieren wider erholen.
Ie retourneray à l'eſtude.

INtermiſſa ſtudia repetam.
Literarum ſtudia repetam.
Ad noſtra me ſtudia referam.
Rurſus ad ſtudia me conferam.
Ad ſtudiorum conſuetudinem atque vſum redibo.
Reddam ſtudiis operas intermiſſas.
Reuocabo me ad induſtriam.

STVDIORVM PERPETVA vtilitas.

Das ſtudieren iſt zu allen zeiten nützlich.
Les eſtudes ſont en tout temps prouſitables.

STudia nunquam non proſunt.
Studia nunquam non vtilia ſunt | vtilitatem pariunt | emolumento ſunt | fructum ferunt.
Studiorum vtilitatem dies non imminuit.

Stu-

Studiorum vtilitas non terminatur ſpatio temporis | non definitur vlla die | perpetua eſt | eadem eſt in omni tempore.

Vitæ par eſt ſtudiorum vtilitas.

Studijs ſecunde res ornantur, aduerſæ adiuuantur.

A ſtudijs delectatio petitur in ſecunda fortuna, ſalus in aduerſa.

Studiorum fructus in omni fortuna idem eſt.

Studiorum tractatio nunquam infructuoſa | non inutilis eſt.

Habent ſtudia quo iuuemur in omni vita | in omni fortuna | in omni loco.

De ſtudiorum vtilitate nihil fortuna, nihil hominum iniuria, nihil ne dies quidem ipſa detrahit.

Ecquando ſtudijs non iuuamur?

Ecquæ dies vtilitatem ſtudiorum extinguit, aut imminuit?

Vide Literarum vtilitas perpetua.

STVDIVM INGRAVESCENS.

Von tag zu tag bekomme ich mehr luſt zum ſtudiern.

Ie m' affectionne de iour en iour d'auantage aux eſtudes.

QVotidiè magis cupiditate ſtudiorum incendor.

Incitor ad ſtudia quotidie magis.

Magis indies ſtudia complector.

Singulis diebus in ſtudia magis incumbo.

Plus quotidiè operæ in ſtudijs pono.

Literis quotidiè magis vtor.

Studiorum amore | ſtudiorum conſuetudine | vſu, magis magiſque capior in ſingulos dies.

Meam ſtudiorum cupiditatem dies auget.

Tantum abeſt vt meum ſtudium dies imminuat, vt etiam augeat.

Studium quotidiè ingraueſcit.

SVCCESSVS.

Die Menſchen werden ſolche meynung von dir haben/gleich wie die ſach ein end nemmen wirdt.

Les hommes feront tel iugement de toy, quelle sera l'ißue de l'affaire.

QValis rei exitus erit, talem de te opinionem suscipient.

Qualis rei finis|terminus|euentus|conclusio|exitus erit, talem de te opinionem homines suscipient.

Vt res succedet|vt res euenerit|vt res cadet|vt res ceciderit, ita de te homines iudicabunt.

Ex euentu homines de te existimabunt.

Rei exitum hominum iudicia consequentur.

Congruent cum exitu rei| consentient in vtramque partem hominum de te iudicia.

Vide Accidit.

SVCCESSVS INOPINATVS, seu non optatus.

Die sach ist nicht fortgangen wie ich gemeint hab.

La chose n'est pas succede comme i'esperoy.

NOn successit vt sperabam.

Non cecidit vt optabam.

Præter meam sententiam euenit.

Præter|contra voluntatem accidit.

Aliter ac sperabam| contrà quàm volebam, contigit.

Non vt volebam| secus atque opinabar| aliter atque opinabar, successit.

Exitum res habuit alienum à sententia| spe| voluntate.

Dissimilem voluntatis | minimè cum animo congruentem|minimè cum voluntate congruentem|ab animo meo discrepantem|abhorrentem|diuersum|contra spem|aduersum voluntati exitum res habuit.

Optatum exitum consecuta res non est.

Optatum ad exitum res non peruenit.

Exitus|euentus rei voluntati non respondit.

Res pro voluntate non successit.

Non processit ex animi sententia.

Spem meam non is, quem volebam, exitus consecutus.

Spes me frustrata est|fefellit|decepit|delusit.

Speratum euentum | exitum sortita| nacta| adepta res non est.

Inanem fuisse meam spem, exitus rei declarat.

Opinione sum deceptus.

Falsa me spes aluit|lactauit opinio.

Vide Timere successum non optatum.

SVCCESSVS OPTIMVS, seu optatus.

Die sach wird solchen fortgang haben/als wir begeren.

La chose succedera à nostre plaisir.

RES ex animi sententia succedet.

Euentus rei erit optimus.

Optatis fortuna respondebit.

Successu res, quo volumus, eo concludetur ac terminabitur.

Non aliter cadet, ac volumus.

Sequetur id, quod optamus.

Rem consequetur exitus|euentus|finis optatus.

Exitum res habebit, mea quidem vt spes fert, optatum|felicem|qualem volumus|qualem optamus.

Puto fore, vt rem ex sententia geram| feliciter|prospere conficiam | ex animi sententia| vt animus fert, expediam| conficiam|ad eum, quem volebam exitum, perducam|felici exitu concludam.

Efficiam, opinor, vt res optimè succedat| ne res contrà quàm volumus, succedat| ne quid aduersi contingat in re| ne sit infaustus | aduersus|alius à nostris voluntatibus finis rei ac terminus| ne sit alius, atque volumus, exitus|euentus|finis rei ac terminus.

Spero futurum, vt in hac re meis optatis fortuna respondeat|vt cum animo meo fortuna consentiat|vt ab animo meo fortuna minime dissentiat|vt nihil aduersi fortuna obijciat.

Spero futurum, vt nequaquam fortuna repugnet|resistat|obsistat|aduersetur|sese opponat|suam vim obijciat|obuiam eat.

Futurum existimo, vt in hoc secunda| felici|prospera|propria | perbenigna fortuna vtamur.

Wil Gott daß das jenig was gethan ist / zu einem guten ende komme.

Plaise à Dieu, que ce qui est faict, vienne à bonne fin.

QVod actum est, felicem ad exitum perducat Deus. Actum Deus feliciter esse velit|quod actum est.

Faxit Deus, vt id quod actum est, felix faustumque sit|prosperum habeat euentum.

Faueat Deus.

Quod actum est, probet|approbet Deus|fortunet|secundet|Deus bene velit succedere | succedat ex animi sententia| egregie| præclarè cadat| optimè procedat|optatum finem sortiatur|exitum habeat cum animo tuo congruentem|quem ipse vis euentum ferat.

Acta Deus fortunet|confirmet|rata esse velit.

Vtinam optata omnia contingant.

Vtinam ex hac re nihil contra voluntatem eueniat| contingant ea quæ cupis | omnia secunda fluant|summa felicitas emanet.

Vide Acquirere optata. Felix. Iurare. Successus inopinatus.

SVMPTVS MAGNOS FACERE.

Welcher ist so reich/der solche grosse kösten kan tragen?

Qui est ce pour riche, qu'il soit, qui pourroit faire si grands frais?

QVis ita fortunæ bonis affluit atque abundat, vt sustinere sumptum possit?

Quis ita firmus ab opibus est| quis opibus adeo pollet|quis tantum possidet diuitiarum| cuius tantæ diuitiæ sunt|cui res familiaris ita copiosa est | cui tantum fortuna largita est | cui tantum de bonis suis fortuna impertiuit|communicauit, vt sustinere sumptum possit|vt sufficere|respondere sumptui possit | vt sumptum ferre satis possit|vt quantum postulat, tantum erogare| tantum facere sumptum possit?

Cuius diuitiæ sumptui pares esse possint?

Feren-

Ferendo ſumptui quis ſit?
Tantam impenſam quis ſuſtineat?
Ita magni ſumptus fiunt, vt ferri non poſſint.
Ita grauis eſt impenſa, vt debilitare atque opprimere quemuis poſſit.
Non is eſt ſumptus, qui ferri poſſit.
Sumptus ſupra modum|immoderatus eſt.

SVPERBIA EX DIVITIIS.

Dein reichthumb macht dich hochmütig/ vnd nicht deine eigne tugend.
Ce sont tes richesses qui te font hautain, non ta vertu.

TVæ te efferunt diuitiæ, non tuæ propriæ virtutes.
Inſolentia tua|arrogantia tua|ſuperbia tua|non ex animi præſtantia|non ex ingenij tui præſtantia, ſed ex opibus tuis manat.
Iſtam inſolentiam|iſtam elationem animi|iſtos ſpiritus immoderatos in te parit, non vlla tua ſingularis aut præcipua facultas, meritorumue conſcientia, ſed copiæ|diuitiæ|opes.
Res domeſtica æquo maior animos tibi facit|commodorum abundantia animos tibi facit|tollit te ad iſtam animi intemperantiam res familiaris, non vlla tua propria bona, non artis honeſtæ ſcientia, aut virtutis vlla poſſeſſio.

SVPPLICARE.

Er hat mich gebetten/ das ich mein gelöbten halten solte.
Il m' a supplie de luy tenir promesse.

SVppliciter à me petijt, vt fidem præſtarem.
Suppliciter mecum egit|rogauit me, quàm ſuppliciter potuit|ſupplicauit mihi|ſupplex mihi fuit|multis & ſupplicibus me verbis orauit, vt fidẽ ſeruarem|tuerer|ſoluerem|vt in fide permanerem|vt ſtarem promiſſis|vt promiſſa perſoluerem.
Meam fidem implorauit.
Vide Rogare.

SVSCEPTAM REM ABIICERE.

Ich habe mir vorgenomen alles zu leiden/dann das ich bleiben wolte lassen/das jenig/was ich hab angefangen.

I'ay deliberé d'endurer plustost toutes choses, auant que ie quitte ce que i'ay entreprins.

Consilium hoc cepi, quiduis potius perpeti, quàm susceptam rem abijcere.

Statui|decreui|hoc mihi proposui| deliberaui quiduis potius perpeti, quàm ab incepto desistere | quàm institutum omittere.

Vide Constans. Finem imponere. Inchoare.

T.

TABELLARIVS FIDVS.

So offt ich einen getrewen Botten finde / so wil ich euch schreiben.

Toutes & quantes fois que ie trouueray quelque messager fidele, ie t'esciray.

Quoties fidus mihi sese tabellarius offeret, scribam ad te.

Quoties fidum tabellarium nactus ero, literas à me accipies.

Quoties mihi certorum hominum facultas erit, litteras ad te dabo.

Quoties erit cui litteras rectè dem, non committam vt desideres meas.

Nullum ad te, cui fidere audeam, tabellarium proficisci patiar, quin ad te litteras dem.

Nemo deinceps hinc ad te proficiscetur, qui, si modò committere audeam, meas ad te litteras non perferat.

TACERE. TACITVM RElinquere.

Ich wil von der sachen nicht reden.

Ie ne diray mot de cest affaire.

Ver-

VErbum hac de re non faciam.
Sermonem hac de re nullum habebo.
Abstinebo me ab huius rei sermone.
Tacebo. Silebo. Præteribo.
Non faciam vt dicam.
Tacitus prætermittam|pertransibo.
Tacitum relinquam.
Silentio inuoluam | præteribo| percurram | prætermittam.
Prorsus hoc omittam.
Abstinebo hoc sermone.
Oratione mea non attingam.

Vide Conijcere. Tegere rem aliquam.

TEGERE REM ALIQVAM.

Man muß ein so klare sach nicht verbergen.
Il ne faut point cacher vne chose claire.

NOn oportet rem tam claram celare.
Non oportet rem tam claram occulere| abscondere|tenebris inuoluere| tegere|occultare|contegere|efficere vt lateat| efficere vt in obscuro sit | vt clam sit| ne sit palàm|ne aperta sit|ne pateat.
Non oportet rem adeo perspicuam occultam habere|obscuram|opertam velle|velle vt in tenebris iaceat| velle in tenebris condere.

Keine vbelthat kan lang verborgen bleiben.
Il n'y a peche qui puisse long temps estre caché.

NVllum delictum diu occultum esse potest.
Nullum delictum diu tectum | [illegible]
Nullum crimen diu esse potest, q[illegible]
getur|pateat|in lucem prodeat
Nullum facinus celari|velari|
subticeri|comprimi|silentio in[illegible]
latere diu potest.

Vide Tacere

TEMPERATVS.

Er ist ein vnbegerlicher Mensch.
Il n' est nullement connoiteux.

HOmo est ab omni cupiditate longè remotus.
Homo est à cupiditate omni alienus | omnis cupiditatis expers | qui nullam cupiditatem habet.

Vide Moderari sibi.

TEMPVS ALIENVM SEV MInimè oportunum.

Die zeit deß jahrs lest es nicht zu.
La saison de l' année ne le permet pas.

ANni tempus non patitur.
Anni tempus non fert | concedit | permittit.
Non licet per anni tempus.
Alienum est | parum aptum est | aduersum est | aduersatur anni tempus.
Aliud plane tempus, aliud res postulat | desiderat | requirit.
Pugnat cum ipsa re temporis ratio.
Non conuenit cum re tempus.
Rei maturitas non adest.

Du komst in einer vngelegnen zeit widerumb.
Tu retournes en temps mal propre.

ALieno tempore reuerteris.
In alienum tempus cadit reditus tuus.
Tuum reditum minime tempus postulat.
Tuum reditum ratio temporis improbat ac dissuadet.
Non erat cur hoc tempore redires.
Minime conuenit cum tempore tua reuersio.
Si temporis rationem spectasses, redeundi consilium non cepisses, aut susceptum abiecisses | improbasses | vituperasses | reprehendisses | damnasses | ineptum | absurdum | auersum à ratione | plane stultum iudicasses.
Non redis oportunè.
Reuertendi maturitas nondum erat.

Er

Et hat keine gelegene zeit erwelt/vmb mir deine brieff zu geben.

Il n'a pas espié le temps propre pour me bailler tes lettres.

TEmpus reddendæ epistolæ parùm commodè cepit.

Reddendæ tempus epistolæ parùm scitè obseruauit.

Epistolam tuam mihi non loco reddidit.

Vide Occasio elapsa.

TEMPVS MISERVM.

Niemand hat ein gut gemach indiser elendigen zeit.

Il n'y a personne bien à son aise en ce miserable temps.

NEmo est cui rectè sit in hoc temporum miserrimo statu.

Nemo est cui rectè sit in hoc tam misero temporum statu|in hac tam aduersa|dura | iniqua temporum ratione|in hac tam infelici temporum conditione|in tāta prauitate atque improbitate temporum | in tantis temporum vitijs|in his omni calamitate|omni scelere atque flagitio temporibus refertis|in hac omnium rerum perturbatione|in hac malorum colluuie | in hac non modo virtutum,verùm etiam doctrinarum artiūque liberalium pernicie | his miserrimis temporibus| his tam miseris|infaustis|iniquis|tam duris|improbis| perditis|tam aduersis|tristibus temporibus|his tam alienis ab omni virtute|à bonis artibus | ab omni rectè viuendi ordine ac ratione temporibus.

Vide Ruina.Miserrimus.

TEMPVS OPPORTVNVM, seu prosperum.

Das erste gezeit dz da kompt zu fahren/ wollen wir gebrauchen.

Nous prendrons la premiere opportunité qui se presentera de nauiger.

QVæ prima nauigandi facultas data erit,ea vtemur. Nacti tempestatem opportunam|idoneā | prosperam|secundam|aptā | minimè aduersam,discedemus| soluemus|proficiscemur|vela faciemus.

Viel vnweiser menschen seind für weiß gehalten worden/ dieweil das glück mit jhnen war.

Plusieurs esloignez de sagesse ont esté reputez pour sages, cependant que la fortune leur estoit fauorable.

MVlti cùm sapientes non essent, summæ tamen sapientiæ nomen prosperis temporibus consecuti sunt.

Multi cùm sapientes non essent, summæ tamen sapientiæ nomen prosperis temporibus tulerunt | nacti sunt.

Multi cùm sapientiam haberent nullam, summam tamen possidere in prospera fortuna | in secunda | læta | felici | optima fortuna | secundis rebus | temporibus | rebus ad voluntatem fluentibus | cùm rebus omnibus esset optimè | cum omnia facillimo cursu procederent | iucundissimis | lætissimis | optimis temporibus, crediti sunt.

Vide Accidit. Abesse alicui. Felix. Occasio.

THEOLOGIA DISCIPLINARVM omnium præstantissima.

Es ist kein edler wissenschafft/dann gelehrt sein in der H. Schrifft.

Il n'y a science plus noble que la Theologie.

NVlla disciplina præstantior est Theologia.

Thelogia scientias omnes nobilitate vincit.

Ex omnibus disciplinis nullam inuenias, quæ theologiæ nobilitatem aut adæquare, aut attingere valeat.

Theologia nulli scientiæ secunda | omnium prima censenda est.

Nulli inferior | scientijs omnibus superior Theologia est.

Vt olor inter anseres, ita Theologia in omnium medio scientiarum collocata eminet.

Scientiarum omnium primas | primas partes | primum locum tenet | sibi vendicat Theologia.

Theologiæ scientiarum omnium palmam tribuere | primas dare | deferre, si dignitatis ac præstantiæ ratio habeatur, necesse est.

TIMERE.

Es seind ihrer viel so kleinmütig / das si im geringsten daß ihn vberkompt/gantz verschlagen werden.

Il y en a plusieurs de si peu de courage, qui pour le moindre, qui leur suruient, sont esperdus.

MVltos ita pusilli infirmique animi videas, qui ad omnes casus extimescant.

Multos ita pusilli infirmique animi inuenias, qui ad omnes casus contremiscant|metu contremiscant|contremant|perterreantur| perhorrescant | exhorrescant| horreant|timore commoueantur|timorem suscipiant| metu perturbentur|afficiantur.

Multos ob animi infirmitatem| imbecillitatem | tenuitatem quilibet casus terret|deterret|perturbat|perterrefacit|perterret | metu afficit|in timorem conijcit| ad timorem impellit.

Multis quod animi imbecillitate laborent, vel minimus casus metum|terrorem incutit.

Vide Bellum imminens Minari.

TIMERE SVCCESSVM| non optatum.

Ich förchte das mein vornehmen zum besten nicht ablauffen wird.

Ie crain que le conseil que i'ay prins, ne succede point à mon souhait.

VEreor ne non optimè, quod deliberaui, succedat.

Vereor ne non optime quod deliberaui, procedat.

Vtinam consilio meo respondeat exitus, timeo tamen ne non ita sit.

Timeo mei consilij qui sit exitus futurus.

Quàm feliciter mihi euenturum sit ex consilio meo, plane non video; equidem aduersa metuo.

Metuo ne id consilij ceperim, quod explicare non facilè possim.

Meum consilium quò sit euasurum, timeo.

Consilium à me captum, vt eum, quem volo, exitum habeat, opto magis, quàm spero.

Exitum consilij mei extimesco.

TIMORE LIBERARE, LIBERARI.

Ich wil dich aller forcht erheben.

Iete veux oster toute crainte.

VOlo te metu liberare.

Volo te metu leuare|te à metu abducere| tibi metum eximere|tibi metum expellere|eijcere|auferre| animum tuum confirmare |constituere| ad fortitudinē reuocare|animum afflictum excitare.

Volo efficere, ne quis animum tuum metus perturbet|afficiat|commoueat|exagitet| ne quid timeas | vt omnem timorem deponas|vt audeas | forti animo vt sis| vt animo vigeas , vt à metu vaces| vt animus tuus, qui iacebat, exurgat| excitetur| erigatur |vt animus tuus sese colligat atquę confirmet|vt animus tuus roboris multum recipiat.

Languet tuus animus, ego, vt valeat ac vigeat , efficiam.

Vide Animum recipere.

TIMIDVS.

Du bist kleinmütig.

Tu es de petit courage.

PVsilli animi es.

Exigui|infirmi|imbecilli animi es.

Nimium demisso|imbecillo animo es.

Infirmus ab animo es.

Animo iaces|langues|non viges.

Iacet|languet|non viget animus tuus.

Animus tibi sine animo est.

Abest animus ab animo tuo.

Facilè concidis |commoueris animo.

Roboris ac neruorum in animo tuo parum est.

Animum in te requiro|desidero.

Vide Abiectus Animum recipere.

Magnanimus.

TRAN-

TRANQVILLA VITA.

Ich wil machen das du ein friedsam leben haben solt.
Ie te feray viure paisiblement.

Efficiam vt quietam vitam ducas.

Efficiam vt otiosè viuas| vt quietè agas | tranquillè prorsus vt agas|vt summa sit rerum tuarum tranquillitas|vt summa sit animi tui quies | vt tibi liceat otiosè viuere|vt tibi liceat otiosam vitam agere|peragere|ducere|traducere|viuere|facilem vt habeas & expeditum vitæ cursum|vt omni molestia vaces|vt otio fruaris iucundissimo|commodissimo|vberrimo|vt otio tibi frui liceat.

Præstabo tibi otium|quietam vitam | tranquillam| facilem| vitam alienam| vacuam ab omni cura| vitam omnium expertem perturbationum | vitam ab omni molestia remotam|seiunctam |segregatam |disiũctam.

Vide Quiescere.

TRANQVILLVS. TRANQVILLITAS animi.

Du soltest nit wol glauben können / wie ich von hertzen so wol zu frieden bin.
Tu ne sçaurois presque croire combien est grand le repos de mon esprit.

Vix credas quàm sit tranquillus animi mei status.

Vix credas|non facilè putes| ægrè possis cogitatione assequi | vix assequare | cogitatione haud facile comprehendas|assequi vix possis|haud facile conijcias securitatem animi mei|æquitatem animi mei | tranquillitatem | quietem | quam tranquillo | quieto| ab omni cura vacuo animo sim | qua quiete fruar| quàm sit animus meus omni cura vacuus ac liber| quam omni cura vacet animus meus| quàm ab omni cura procul absit animus meus | quàm tranquillè agat|seipso fruatur animus meus | quàm omni vacem perturbatione|quàm sim omnis curæ expers | quam tranquillè agam|quàm eus fruatur animus tranquillitate|quæ sit animi mei tranquillitas|quàm parum a-

nimus meus curâ fluctuet | iactetur | agitetur| moueatur.

Gott sey lob/ich bin nun sonder bekümmernuß.
Ie suis maintenant, grace à Dieu, sans facherie.

QVod Deo sit gratia, vacuus molestijs nunc quidem sum.

Quod Deo sit gratia, sum sine molestia | sum sine cura| solicitudine| procul absum à molestijs | extra molestiam sum| tranquillè ago.

Dei benignitate factum est, vt nunc quidem omni molestia vacem| vt nullis angar curis | vt nulla vexer solicitudine.

Dei benignitate contigit, vt nulla meum animum paulo molestior| grauior | acerbior exagitet cogitatio| vexet| perturbet| commoueat| officiat cogitatio.

Dei benignitate, fruitur animus meus tranquillitate. benè| tranquillè| commodè est animo meo | quies| pax| tranquillitas est animo meo | animo sum ab omni molestia soluto| vacuo| libero| longè seiuncto.

Dei me benignitas omni molestia liberauit | exemit| ab omni molestia eripuit| vindicauit| disiunxit.

Vide Contentus sua sorte.

V.

VALETVDINEM SVAM curare.

Dieweil wir der Tugend folgen/müssen wir auch sorg tragen für unsere gesundheit.
Cependant que nous suiuons la vertu, nous faut il aussi auoir esgard à la santé.

DVm virtutem nobis studemus comparare, valetudinem etiam sustentare debemus.

Ita sequi virtutem debemus, vt valetudinem non in postremis ponamus.

Valetudinis cum virtute ducenda ratio est.

Sic ad studia virtutis debemus incumbere, ne valetudo negligatur.

Plu-

Plurimum virtuti, aliquid tamen valetudini tribuatur.

Spectanda virtus eſt,cum eo tamen , ne deſpiciatur valetudo.

Excubare virtutis in ſtudio præclarum eſt , indormire tamen valetudini minimè debemus.

Excolatur animus virtutibus , nonnihil tamen corpori ſeruiatur.

Virtuti quidem in primis, deinde etiam valetudini dare operam debemus.

Vide Vitæ ſimul & honori conſulere.

VALETVDINEM LÆDERE.

Ich befinde mich nicht wol ſo ich bey das fewr komme.

Ie m' en trouue mal ſi i' approche du feu.

SI ad ignem accedo valetudinis cum detrimento fit| læditur|infirmatur valetudo|damnum facit| incommodo afficitur valetudo.

Igne vti ſine valetudinis damno mihi non licet.

Vide Debilitare.

VALETVDO VERA.

Ich bin wol zu paß.

Ie me porte bien.

VAleo Bene valeo. Commodè valeo.
Valetudine bona vtor. Bene habeo.
Satis belle habeo Satis commode habeo.
Bene|belle|recte me habeo. Mihi bene eſt.
Mi eſt vt volo.
Quales cupio vires poſſideo.
Viribus vtor bonis.
Roboris|virium|valetudinis habeo ſatis.

Vide Conualeſcere. Iter ſuſcipere.

VALETVDO INFIRMA.

Cicero war in ſeiner jugend kranckhafft.

Ciceron en ſa ieuneſſe eſtoit maladif.

CIcero in adoleſcentia ſua valetudine erat infirma. Cicero cum adoleſcens eſſet | cum adoleſcentiæ

nondum annos excessisset| egressus esset, valetudine vtebatur parum firma|minime firma|haud satis firma| nequaquam firma|paulo infirmiore| imbecilla | non optima|non robusta|satis affecta|satis ad morbos propensa.

Tenui valetudine erat|incommoda valetudine|vitiosa erat|parum validus erat|infirmè valebat | valetudinis vitio laborabat|non rectè se habebat|non omnino valebat|minus belle se habebat|non optimè valebat|valetudine erat infirmior|valetudine erat imbecillior|viribus parum firmis vtebatur|corpore non satis firmo vtebatur | valetudinarius erat Cicero in adolescentia sua.

Adolescenti Ciceroni parum validæ vires erant.

Valetudinis|firmitudinis|firmitatis|virium|roboris adolescenti Ciceroni minus erat quàm sat esset.

Er ist viel zu weichmütig die arbeit deß studierens zuvertragen.

Il est trop debile pour supporter le trauail de l'estude.

IMbecilliore valetudine est, quàm vt studiorum onus perferre possit.

Infirmiori|tenuiore valetudine est|infirmioris| imbecillioris|tenuioris valetudinis est|viribus est infirmioribus|imbecillioribus|tenuioribus| minus habet virium|roboris, quam vt studiorum laborem ferre possit|quàm vt studiorum onus sustinere possit| quàm vt studiorum labori par esse possit | quàm vt ferendo studiorum labori possit esse.

Valetudine vtitur infirma|imbecilla, sic vt labor eũ studiorum facile possit opprimere.

Eam illi valetudinem|eas illi vires natura negauit, quas laboriosa studiorum tractatio| assidua literarum exercitatio| grauissima literarum studia postulant| requirunt|desiderant|exigunt.

Corporis|valetudinis|virium infirmitas|imbecillitas, tenuitas facit, vt incumbere, quantum res poscit, in studia non queat.

Vide Ægrotare. Conualescere. Debilis. Languens stomachus.

VECTIGALIS.

Diese Aecker geben Zins.
Ces champs payent rente.

TRibutum pendunt hi agri.
Tributum ſoluunt | conferunt | publicè aliquid pendunt | tribunarij ſunt | fructuarij ſunt | vectigales ſunt | non ſunt immunes hi agri.
Vide Immunis.

VECTIGALIVM PRÆFECTVS.

Er iſt meiſter vom Zoll.
Il eſt maiſtre peagier.

VEctigalibus præeſt.
Ei maximè commiſſa vectigalia ſunt.
Illi potiſſimum demandata vectigalium cura eſt.
Vectigalia præcipuo quodam iure exercet | ſummo quodam iure tractat.
Vnus præcipuè vectigalium gerit | ſuſtinet curam.
Scripturæ præeſt.
Princeps publicanorum eſt.

VENATIONE DELECTARI.

Ich hab ein groſſe luſt im jagen.
Ie me delecte fort à la chaſſe.

VEnatione valdè delector.
Venatu | conſectandis feris | captandis feris | obſeruandis feris valdè delector.
In venatione libenter exerceor.

VENTREM EXONERARE.

Gehen ſein natúrlich werck zu thun.
Aller aux neceßitez de nature.

IRe ad requiſita naturæ.
Ventris onus deponere.
Aluum exonerare | leuare | inanire | exinanire | purgare | deonerare.
Ad latrinas ſe conferre.

VER-

VERBERARE.

Ich will dich schlagen.
Ie te batray.

TE verberabo.
Parata sunt tibi à me verbera.
A me vapulabis. Verberibus te operiam.
Te fuste multabo.
Tibi fustem impingam. Plecteris.

Vide Fuste percutere.

VERISIMILE.

Es scheint war zu sein.
Il est vray semblable.

VErisimile est. Verisimillimum est.
Simile veri est. Verisimili simile est.
Credibile est.
Non discrepat| non dissentit| non procul abest| non alienum est à ratione.
Rationi consentaneum est.
Ratio postulat vt credatur.
Cum ratione congruens est|consentit.
Consentaneum est. Est cur credatur.
Est cur verum putetur.
Veri similitudinem|speciem| formam | imaginem præ se fert|ostendit.

Vide Incredibile.

VERITATEM AMICITIÆ anteponere.

Ich achte die warheit mehr dann freündschafft.
Ie fais plus d'estime de la verité, que de l'amitié.

VEritati plus, quam amicitiæ, tribuo.
Maiorem habeo veritatis, quam amicitiæ, rationem.
Pluris est apud me veritas, quàm amicitia.
Locum apud me honestiorem veritas obtinet, quàm amicitia.

Apud

Apud me cedit veritati amicitia.
Nihil amicitiæ elargior, nihil veritati nego.

Vide Constans.

VETVS MOS.

Diß ist ein alte gewonheit.
Ceste coustume est ancienne.

VEtus hic mos est.
Vetustus|antiquus|longæuus|obsoletus | priscus| iam diu institutus|institutus vetustis| priscis| antiquis temporib.|vltimę|antiquę memoriæ | vltimę| antiquę ætatis| remotissimus à nostra memoria hic mos est.

Vide A pueritia.

VETVS OPINIO.

Diß wat ein alte meinung in den hertzen der Menschen.
C'estoit vne ancienne opinion au cœur des hommes.

ERat hæc in animis hominum inueterata opinio.
In animis hominum penitus insederat hæc opinio.
Multitemporis|peruetus|diuturna|minime recens erat hæc opinio.

VEXARE VEXARI.

Ich werd gevexiert ehe daß ichs verdienet habe.
Je suis molesté sans l'auoir merité.

MOlestijs afficior sine causa.
Iniurijs afficior sine causa.
Vexor|exagitor|iactor immerito meo.
Negotium exhibetur immerenti.
Commissum à me non est, vt hæc tam grauia sustinerem.

Vide Negotium facessere, Dolor.
Vir perfectus.

VICARIVS.

Er ist des Papsts Statthalter.
Il est vicaire du Pape.

Pontificium munus ſuſtinet.
Pontificis agit partes.
Pontificem agit. Pontificis loco eſt.
Vicariam operam Pontificis loco præbet.
Pontificis perſonam gerit|ſuſtinet.

VIDERE.

Auff meiner Kammer ſitzend / hab ich mein geſicht auff die gantze Landſchafft.

Eſtant aſsis en ma chambre, i'auoy la veüe de toute la contrée.

Tota mihi illa regio in cubiculo meo ſedenti ob oculos verſabatur.

Tota mihi illa regio in cubiculo meo ſedenti erat in conſpectu| ante oculos erat| in oculis| ſub oculis erat| ſeſe oculis offerebat| oſtendebat|oculis aperiebatur| exponebatur| ad oculos occurrebat|mihi egregiè patebat.

Vide Cæcus. Intueri. Animum alicuius penitus cognoſcere.

VILIS HOMO.

Ich verwundere mich ſehr/ daß du mit einem ſo böſen vnnd verworffenen Menſchen conuerſireſt.

Ie m' eſmerueille fort de ce, que tu conuerſes auec vn homme ſi vil & abiect.

Valdè miror, quod hominis teterrimi ac ſordidiſſimi conſuetudine vtaris.

Mirari ſatis non poſſum, quòd eius te hominis vſus & conſuetudo delectet, cuius infima conditio ſit| qui ſit infimæ conditionis| qui ſit humillimi| obſcuri loci| qui ſit nullius loci| ordinis |pretij|qui ſit deſpectus|abiectus| contemptus| qui ſit terræ filius|qui ſit inops ab omni prorſus exiſtimatione| qui ſit neque à ſeipſo, neque a maioribus commendatus | qui nulla maiorum laude, nulla ſua virtute commendatus | honeſtatus | nobilitatus|inſignis.

Vide Abiectus Contemptus.

VIM FERRE, aut INFERRE.

Ich darff dich nit versichern/daß dir kein gewalt geschehē sol.
Ie n'oseroy point asseurer, qu'on ne te fera pas de tort.

TVtum à vi te futurum pro certo non polliceor.

Nullam fore vim, exploratè | asseueranter | certò promittere non audeo.

Ea te cura prorsus non libero | non eximo | eam tibi planè curam non eximo | non adimo | non aufero, ne quando tibi vis inferatur vlla | ne quam aliquando vim sustineas | patiare | sentias | experiaris | feras | ne quid aliquando per vim patiaris.

Vim tibi nullam factum iri | vim tibi nullam illatum iri | allatū iri | oblatum iri | pro certo non polliceor | planè non affirmo.

Ego tibi à vi præstare nihil possum.

Vide Impetum facere.

VINCERE.

Ich hab sie alle beyde vberwonnen.
I'ay emporté la victoire de tous deux.

AB vtroque victoriam consecutus sum.

Ab vtroque victoriam victoriæque insignia reportaui.

Victoriam ex vtroque tuli.

Mihi manus vterque dedit.

Mihi palmam vterque detulit.

Vterque mihi victus cessit.

Victorem me fassus vterque est.

Vtrumque facilè fregi atque abieci | nullo negotio retudi.

Victoria sum potitus.

Cæsar hat Pompejum in der Schlacht vberwonnen / wiewol daß er bey weit noch nit so viel Volcks gehabt/als er.
Cæsar a surmonté en bataille Pompee, encor qu'il n'eust point, à beaucoup pres, tant de gens que luy.

CÆsar Pompeium, cum exercitum ipse haberet multis partibus inferiorem, prælio tamen superauit.

Cæsar Pompeium, cum exercitum ipse haberet multis partibus inferiorem, pugna tamen fregit|acie vicit|fudit, fugauitq;.

Cęsar Pompeij copias, cum exercitum haberet multis partibus inferiorem profligauit|in fugam coniecit|conuertit.

Cæsar à Pompeio victoriam tulit|obtinuit|consecutus est|adeptus est.

VINDICARE.

Er hat gethan was vns gebüret hat zuthun/dann er hat an sich selbst das vnrecht gerochen/welches er vns gethan hat.

Il a fait ce que nous appartinoit, il a prins luy mesme la vengeance de l'iniure qu'il nous auoit faict.

QVod nostrum erat, ipse effecit, vt iniurias nostras in se ipso vindicaret.

Quod nostrum erat, ipse effecit, vt iniurias nostras in se ipso vlcisceretur|persequeretur.

Eundem & iniquum aduersus nos, & iniquitatis atque iniuriarum vindicem habuimus.

Iniuriarum nostrarum auctor simul ac vltor fuit.

Vltor fuit ac punitor doloris, quo nos ipse affecerat.

Supplicium nobis de se dedit.

Plaut. Quem hostem, eundem suimet vltorem habuimus.

Nostram vicem vltus est ipse sese.

Vide Iniuriam referre. Parcere. Punire. Putare.

VIR BONVS AC DIVES.

Er ist ein tugendhafftig reich Mann.

C'est vn homme vertueux & riche.

VIr est cum virtutibus, tum etiam fortuna satis ampla ornatus.

Bonus|grauis|honestus planè vir est, necnon satis diuitiis instructus.

Vir est plenus officij, ac satis diues,

Ani-

Animi bonis abundat, nec fortunæ tamen bona desiderat.

Animi bona multa, nec fortunæ pauca possidet.

Vide Probus. Innocens. Præclarus.

VIR GRAVISSIMÆ AVCTORITATIS.

Es ist ein vornehmer Mann/ vnd wol versucht in dẽ grösten sachen der Gemeynden.

C'est vn homme de grand renom, & bien esprouué es plus grãds affaires de la republique.

Vir clarissimus atque spectatissimus est, & in Republica maximis grauissimisque causis cognitus, atq; in primis probatus.

Est homo valdè honoratus, multę existimationis atq; auctoritatis | cui plurimũ tribuitur | cuius est grauissima auctoritas | cuius sententia ac voluntas pondus habet | peritus ad ministrandæ Reip. | gnarus ac sciens tractãdæ Reipublicæ | non parum versatus in publica re | omnes Reipublicæ partes optimè tenens | minimè omniũ rudis | peregrinus in Republica.

Vide Opinio grauissima:

VIR PERFECTVS.

Ich bin trawrig/ daß man mit solchem seinen Mann so vbel lebt.

Ie suis fort marry, que l'on donne tant de facherie à vn si excellent personnage.

Virum omni laude insignem tam malè haberi, vehementer doleo.

Virum excellentem | præstantem | omnibus (vt aiunt) numeris absolutum | participem omnium virtutum | cui nihil deest | desit | in quo nihil desideres | quem esse singularem dicas, tam malè haberi | vexari | tam iniquò turbari, vehementer doleo.

Vide Præclarus omni virtute.

VIRTVS GLORIAM PARIT.

Die herrligkeit entspringt auß der tugend.

De la vertu procede la gloire.

Gloria naſcitur à virtute.
Gloria oritur|manat|proficiſcitur à virtute.
Virtus gloriam par t|largitur|affert.
Virtus ad gloriam ducit.
Ad virtutem adiuncta eſt gloria.
Cum virtute coniuncta eſt gloria.
Virtutem gloria ſequitur.
Gloria comitatur virtutem.
Virtutis gloria comes eſt.

Vide Sapiens.

VIRTVS IN SCHOLIS CVM DISCIPLINIS coniungenda.

In den Schulen ſol die jugend nit allein in gelehrtigkeit zunemen/ſonder auch in der Tugend.

Aux eſcoles la ieuneſſe s' auancera non ſeulement en ſcience, mais auſsi en vertu.

IN Gymnaſijs progreſſiones | progreſſus vberrimos, non in bonis tantùm artibus|non in artium ingenuarum ſolùm ſtudijs, ſed in virtutibus etiam iuuentus faciet.

Qui ſcholas frequentant, in id vnum incumbent, vt cum diſciplinis virtus coniungatur.

Præcipua ſcholarum laus eſt | hac præcipuè laude ſcholæ florent, quod in eis non ſcientia tantum, ſed virtus etiam diuinuſque cultus vigeat.

In id vnum|ad id vnum incumbent Præceptores|Doctores|Magiſtri|Gymnaſiarchi| Gymnaſiarchæ | Moderatores vel Gubernatores ludi, vt pueri| adoleſcentes| adoleſcentuli | iuuenes, diſciplinas ſimul & virtutes imbibant|diſciplinis & ſimul virtutib. imbuantur | erudiantur.

Alumnis ſcholarum laus debetur, ſi non modò doctrinæ, verùm etiam virtutis ſtudioſi ſint.

Scholarum alumni diligentiam omnem ad comparandam ſibi cùm doctrinam, tum virtutem, adhibebunt.

Tum pietas ſapiens, pia tum ſapientia curæ
In quocunque tibi, ſit Philomuſe, loco.

VIRTVS SEMPER VTILIS.

Die Tugend bringt viel nutzen ſo wol in widerwertigkeit/ als in glückſeligkeit.

La vertu ſert de beaucoup , tant en aduerſité qu' en proſperité.

ADuerſis pariter & ſecundis in rebus commoda proficiſcuntur ex virtute multa.

Virtus tum in aduerſa , tum in ſecunda fortuna vberrimos fructus adfert.

Magnas vtilitates in omni fortuna parit virtus.

In vtraque fortuna maximus ex virtute fructus capitur|percipitur|colligitur.

Semper vtilis|fructuoſa virtus eſt.

Nunquam vtilis virtus non eſt.

In omni tempore à virtute iuuamur| imbecilli confirmamur| iacentes & afflicti excitamur| ſubleuamur| erigimur.

Ecquando non vtilis virtus eſt?

Ecquæ vtilitas cum virtutis vtilitate conferenda?

VIRTVTEM COLERE.

Wiltu deinen Vorältern nach folgen/ ſo muſtu dich der Tugend befleiſſigen.

Si tu veux ſuiure les traces de tes anceſtres, il te faut employer ton eſtude à la vertu.

SI tuorum maiorum laudibus reſpondere vis, tui muneris eſt virtutem colere.

Si maiores tuos referre vis | ſi maiores tuos cupis imitari| ſi te dignum maioribus tuis præbere ſtudes, opus eſt vt ad virtutem| in virtutem incumbas| opus eſt vt ad virtutem tua ſtudia conferas | nauari à te operam virtuti oportet| debes virtutem colere| tui officij| tuarum partium eſt, virtutem colere | non potes non virtuti operam dare | non licet tibi virtutem negligere | hoc ad te pertinet| hoc in te conuenit, vt virtutem omni ſtudio & obſeruantia colas| à te poſtulatur, atque

adeo tanquam debita res exigitur, vt virtutem omni studio & obseruantia colas.

Vide Contemnere diuitias. Probitati præmia proposita. Valetudinem curare.

VIRTVTEM LABORIBVS sibi comparare.

Durch viel arbeits vnd wachens hastu die tugend erlangt.

Par grands trauaux & beaucoup de veilles tu as acquis la vertu.

MAgnis laboribus & vigilijs consecutus es, vt virtutem possideas.

Tuis laboribus ac vigiliis, virtutem tibi peperisti|comparasti|consecutus es|adeptus es.

Tibi labores & vigiliæ virtutem pepererunt.

Tuam virtutem tuis laboribus & vigilijs referre debes acceptam.

Tibi ipsi, tuisque laboribus, tuam virtutem debes.

Vt virtute floreas|valeas|polleas, excellas|antecellas|emineas|præstes|præstas, id laboribus tuis habes.

Non hoc virtutis in te esset|istam virtutem non haberes|istam virtutem non teneres|non possideres nisi labores grauissimos & suscepisses & pertulisses.

VIRTVTEM SVAM PATEFACERE.

So du diesen dienst löblich bedienest / so wird deine tugend besser bekant vnd vermehret werden.

Si tu t'acquites de ceste charge a ton honneur, ta vertu en sera plus cogneue & renommée.

HOc munus si cum laude administraueris, expressior & illustrior tua virtus erit.

Hoc munus si cum laude gesseris|curaueris|in hoc te munere si præclarè gesseris, tua virtus extabit apertius|tua virtus patebit illustrius, maiorem quam antea ingenij animique tui significationē dabis|magisquā antea patebit, certiusque cognoscētur animi tui bona|qui vir sis, & quātus, magis quā antea res ipsa declarabit|

tei-

teipsum oculis hominum aperies ac patefacies | ipse sic te probabis, vt antea nunquam.

Vide Virtutis signa.

VIRTVTIS SIGNA.

Deine bewiesene tugend hat versterckt die jenigen / welche zuuor durch forcht geschlagen waren.

Le beaux effects de ta prouesse ont encouragé ceux, qui par cy deuant estoyent abbatus de peur.

TVa virtus perspicuis testata signis, excitauit eos, qui antea timore perculsi iacebant.

Tua præclare facta | tuæ actiones egregiæ | tua luculenta facinora | tuæ res gestæ | ea quæ gessisti | ea quæ tuæ signa virtutis ostendisti, excitarunt eos qui antea timore perculsi iacebant | animos a metu ad spem reuocarunt | retulerunt | reduxerunt | transtulerunt.

Tua virtus perspecta | præclaris factis declarata, excitauit eos, qui antea timore perculsi iacebant.

Vide Facinus honorificum.

VITA CARISSIMA OMNIVM.

Nach Ehr ist dem Menschen nichts so lieb als das leben.

Apres l'honneur l'homme ne doit auoir rien si cher que la vertu.

OMnium rerum honore excepto, prima esse vita debet.

Omnium rerum, honore excepto, carissima | antiquissima esse vita debet.

Secundum honorem | post honorem |, honore excepto | honorem exceptis, nihil esse debet vita prius | potius | carius | antiquius.

Primas sibi partes post honorem vita vendicat.

Primæ partes vitæ debentur, honore excepto.

Vide Vitæ simul & honori consulere.

VITA FASTIDIOSA.

Mich verdreust zu leben / dieweil mir der Tod den jenigen benommen / der ein vrsach war meiner frewden.

I' m' ennuye de viure, puis que la mort m' a osté celuy, qui me causoit tout mon plaisir.

VItæ me tædet, quando mihi mors eum eripuit, ex quo meæ lætitiæ manabant omnes.

Vitam mihi acerbam puto|vitam fastidio| acerbè viuo|molesta | grauis | amara prorsus mihi vita est|ægerrime| molestissime| prorsus miserè viuo, quando mihi mors eum eripuit, ex quo mea gaudia manabant omnia.

Vide Senex.

VITA FELICISSIMA.

Wir leitten ein sehr groß glucklich leben.
Nous menons vne vie tres heureuse.

VItam viuimus felicissimam.
Prorsus beatè viuimus.

Vita nostra omni felicitatis genere cumulata est.

Tanti [illegible], in alijs mortalibus imperare, quanti nobiscum hic vitam ducere.

Vide Felix. Probitas ad felicitatem satis.

VITA SECVRA.

Deine grosse tugend gehet vber die gewalt der fortunen.
La grandeur de ta vertu surpasse les efforts de la fortune.

FOrtunæ vim tuæ virtutis amplitudo vincit.
Muniuisti te virtute contra fortunam.

Septus es virtutis præsidijs| aduersus impetus fortunæ.

Nihil tibi nocere| obesse| incommodare cum virtute viuenti|virtutem colenti, fortuna potest.

Tutus es a fortunæ iniurijs| securam vitam ducere tibi licet, quia cum virtute viuis.

Non tibi varij casus impendent humanæ vitæ, qui virtute excellis | quem virtus tueatur| quem virtus tegat|protegat|muniat.

Non est quod illas humanæ vitæ procellas re. horrescere|timere| formidare debeas, præsertim cum virtus tibi optimi clypei loco sit.

Vide Tranquilla vita.

VITÆ SIMVL ET HONORI consulere.

Man muß sein leben so wol achten als seine ehr.
Il faut auoir autant d'esgard à son salut, qu'à son honneur.

DVcenda simul ratio est & salutis, & dignitatis.

Salutis ratio cum dignitatis ratione coniungenda.

Saluti pariter & honori consulendum.

Non dignitatem magis quàm salutem spectare debemus.

Quærenda | amanda | expetenda sine salute dignitas non est.

Non est à dignitate vita seiungenda.

Decet studere dignitati, cum eo tamen ne studium vitæ negligatur.

VITARE ADVLATOREM.

Wir müssen vns mehr hüten für einem Fuchsschwentzer / als für vnserm feind.
Nous nous deuons plus donner de garde d'vn flateur, que d'vn ennemy.

MAgis adulatorem, quàm inimicum, cauere debemus.

Nobis magis | diligentiùs cauendus est adulator, quàm inimicus.

Cautiores esse | maiore cautione vti | maiorem cautionem adhibere erga adulatorem, quàm erga inimicum debemus.

Vide Cauere.

VITARE OFFENSIONEM.

Wer ists der nicht falt in einem so mühseligen vnnd glatten weg der Menschen sachen?
Qui est celuy qui ne tombe en vn chemin si malaisé & glissant des choses humaines?

QVis est qui non labatur in tam difficili tamque lubrica rerum humanarum via?

Quis eſt qui non offendat | quis eſt cui timenda offenſio non eſt | cui nam effugere ac vitare offenſionem licet | quis ab offenſione præſtare ſibi quidquam poſſit, in tam difficili tamque lubrica rerum humanarum via?

VITIOSVS.

Dz gezahl der böſen iſt allzeit vilel größer geweſen/dann der guten.

Le nombre des meſchans a touſiours eſté beaucoup plus grand que celuy des gens de bien.

IMprobi multis partibus plures ſemper fuerunt, quã boni.

Semper numerus maior fuit malorum | turpium | inſolentium | ſceleratorum | improborum | conſceleratorum | vitioſorum | iniquorum | prauorum | reorum | criminoſorum | perditorum | facinoroſorum | flagitioſorum | male moratorum | malis artibus præditorum | omnibus vitijs coopertorum | iniquitate inſignium | malitia | ſcelere | vitijs | pro br s | criminibus inſignium | eorum qui ſuum animum ad malas artes adiunxerunt | eorum qui vitam omni vitiorum labe coinquinatam | à virtute abhorrentem traducere ſolent, quam bonorum.

Du kehreſt dein hertz nimmer von den Sünden.

Tu ne detornes iamais ton cœur des vices.

NVnquam à vitijs animum abducis.

Nunquam à vitijs mentem | cogitationem abducis.

Nunquam de vitijs non cogitas.

Nunquam tua mens ab improbis cogitationibus diſcedit | abducitur | auellitur.

Hærent in animo tuo ſtudia vitiorum.

Vitia ſemper cogitat animus tuus.

Vias Peccar. Reſipiſcere.

VITVPERARE. VITVPERARI.
Vituperabile.

Es betrübt mich daß man dich zur vnschuld gelästert hat.
Ie suis marriqu' ont' blasmé sans cause.

DOleo immerentem conuitio exagitatum.
Doleo te immerentem conuitio iactatum | vexatum | malè acceptum.

Angor animo, quòd ignominiam tuleris, nullâ tua culpa | quod ignominia tibi sit illata immerenti | quod ignominiose sis tractatus | quòd ignominia sis affectus, nullo tuo merito.

Man widerrüfft die sach öffentlich.
L' on reprehend la chose publiquement.

RES palàm improbatur.
Res palàm exagitatur | damnatur | vituperatur | reprehenditur | accusatur | acerbe notatur | infamia notatur.

Sermones ea de re minùs commodi sunt.
Sermones ea de re parum honesti dissipantur.

Es ist ein heßlich ding / für niem nd als für sich sorgen.
C' est vne chose vilaine, de n' avoir soing que de soy mesme.

SIbi vni studere, præterea nemini, turpissimum est.
Sibi vni seruire | prospicere | cōsulere, præterea nemini | teipsum curare, nihil p̄terea | de teipso tantū laborare, sua tantū vnius causa laborare, turpissimū est | maximè dedecet | indecorū in primis est | infamiæ | dedecori | ignominiæ est | dedecus affert | infamiam | turpé famam parit | opinionem minime commodam ac optabilem parit | fraudi est | vitio vertitur | vitio tribuitur | datur | ascribitur | assignatur.

Sibi vni prospicere, præterea nemini, eiusmodi res est, quam summa consequitur infamia | ignominia | ignominiæ nota | turpis infamiæ nota | dedecus & accusatio | reprehensio.

Vide Detrahere. Dissipare. Contemnere. Dignitatem violare. Oratio maledica. Maledicta conijcere.

VOLVPTARIVS.

Du hast dich zu sehr begeben zu wollüsten.

Tu es par trop addonné à tes plaisirs.

Nimium deditus es voluptatibus.

Nimium tibi voluptates placent.

Voluptatem vnam spectas, præterea nihil.

Omnia ad voluptatem refers | in voluptate ponis.

Nemo tanti voluptates, quanti tu, facit.

Præter modum | supra modum | plus quam satis est | plus quam decet | conuenit, genio indulges | mollitia & luxu fluis.

Prorsus voluptarius es.

Epicureorum te vita delectat.

Epicureis annumerandus es.

Epicuri te mores delectant.

Epicuream doctrinam profiteris.

Epicuri de grege porcus es.

VOLVPTAS HOMINIBVS malorum esca.

Viel irren gröblich wenn sie der wollust als einem gleidsman folgen.

Il y en a plusieurs qui trebuchent, suiuans comme vne guide la volupte.

Multi ducem sequentes voluptatem, grauiter offendunt.

Duce voluptate multi errant miserrimè.

Multi, illecti voluptate, infortunia subeunt.

Multi, dulcedine voluptatis illecti, calamitates adeunt.

Non pauci, blanditiis voluptatum illecti, in miserias incurrunt.

Voluptas ad ea, quæ minus decent, homines allicit.

Voluptate, tanquam dulci veneno, homines pereunt.

Iucundam ac dulcem voluptatum consuetudinem tristis admodum & amarus consequitur euentus.

Sæ-

Sæpe voluptatem excipit dolor.
Voluptas dolore terminatur.
Voluptatis exitus, doloris initium est.

VTI OPERA ALICVIVS.

Apollonius hat Crasso in seinem studieren sehr geholffen.

Apollonius aidoit grandement Crassus en ses estudes.

Egregiam Crasso in suis studiis operã nauabat Apollonius.

Optima suis in studijs Crassus Apollonij opera vtebatur.

Fructum Crassus in suis studijs capiebat optimum ex opera Apollonij.

Vtebatur multum Apollonio Crassus in studijs suis.

Erat Apollonius Crasso vtilis in studijs, admodumque commodus.

Erat Apollonius ad Crassi studia vehementer aptus.

Ich wil deines Bruders hülff in allen dingen gebrauchen.

Ie me seruiray de l' aide de ton frere en toutes choses.

Vtar opera fratris tui in omni re.

Vtar ad omnia fratre tuo.

Fratri me tuo committam|tradam.

Si quid agendum erit|quidquid acciderit, fratri tuo committam|ad fratrem tuum referam|in fratrem tuum reijciam|fratris tui consilium petam|fratris tui operam exposcam|per fratrem tuum vt agatur operam dabo.

Curabo, vt ad omnia, quæ mihi agenda sunt, frater tuus præsto sit|vt frater tuus meis negotijs præsit.

Curabo vt frater tuus suam operam meis negotijs impendat|præbeat|præstet|nauet|commodet|adiungat|tradat|dicet.

Curabo, vt frater tuus suum laborem in negotia mea|ad negotia mea insumat|impendat.

Curabo, vt frater tuus suam operam in meis negotijs insumat|impendat|collocet.

Curabo, vt frater tuus suum studium|suam diligentiam|curam|opem|industriam ad meas res conferat.

Curabo, vt frater tuus mea negotia conficiat| obeat| curet| gerat| transigat| perficiat| consummet| ad exitum perducat.

Confugiam ad fratrem tuum, quidquid agendum erit.

Vide Committere aliquid alteri.

VTILE VTILITAS.

Fahre in dem forth was du angefangen hast/ so es dir nützlich ist.

Fay comme tu as commencé si cela t'est profitable.

PErge vt cœpisti, si è re tua est.

Qua ire via cœpisti, ea perge| tene tuum institutum| tene quem cœpisti cursum| tuam consuetudinem tuere ac serua, si e tuo commodo est| si ex vsu tuo est| si tibi vtile est| si vtilitas tua ita fert| si suadet vtilitas| si ratio rerum tuarum ita postulat| si tibi conducit| expedit| si bono| vtilitati| commodo| vsui| emolumento tibi est| si est vt vtilitatem capias| si est vt fructum feras| percipias| colligas| si fructuosum est.

Die wolredenheit ist dem Cicero gar nützlich gewesen.

L'eloquence a apporté tres grand proufit à Ciceron.

FVit Ciceroni eloquentia summo emolumento.

Ciceroni eloquentia peperit emolumentum| commoda| vtilitatem| copias| optima quæque| emolumentum attulit| fructum dedit| fructum tulit| attulit| profuit.

Magnum ex eloquentia fructum Cicero consecutus est.

Admodum Ciceroni fructuosa fuit eloquentia.

Ciceroni eloquentia fuit vtilitatis eximiæ.

Commodorum neque paucorum neque mediocrium Ciceroni fuit eloquentia.

Man find kein nützlicher ding.

C'est la plus proufitabile chose du monde.

NIhil est maioris emolumenti.

Nihil est vberius | conducibilius | fructuosius | ad vtilitatem præstantius | vnde plus manet vtilitatis

tatis|vnde plus emergat commodi | vnde plus exiliat emolumenti | è re magis.

Nihil magis ad rem pertinet.

Nihil pluris est.

Tantum continet vtilitatis, quantum fortasse nulla res præterea|quantum haud scio an vlla res præterea.

So du die Reyse vollbringest die du dir vorgenommen hast / wirstu guten nutz daruon haben.

Si tu fais le voyage que tu as entreprins, tu en receuras beaucoup de proufit.

Constitutum iter si susceperis, valdè in rem tuam erit. Constitutum iter si susceperis, valde erit e re tua|tuis rationibus vehementer conducet|vtilitas maxima consequetur | in eo tibi maxime consuletur | vehementer expediet | proderit | fructuosum erit | cum fructu|emolumento|vtilitate|commodo| bono rerum tuarum erit | emolumenti | vtilitatis | commodi plurimum capies|præstantem fructum sumes|colliges.

Vide Oeconomus.

VTILITATEM SVAM ANTE omnia spectare.

Das ist ein stück von einem schalckhafftigen Menschen / vor allen dingen sein eygen nutzen suchen.

C'est le faict d'vn homme ruse, de chercher deuant toutes choses son proufit propre.

Astuti id hominis est, ad suam vtilitatem omnia referre.

Astuti id hominis est, vtilitatem suam in primis sequi|spectare|suam vtilitatem rebus cunctis anteferre| vtilitatem suam rerum omnium habere antiquissimã| vtilitatem suam primam ducere|emolumentum suum in primis ponere.

Vide Vituperare.

VVLNERARE. VVLNERARI.

Er ist in der schlacht sehr verwundt gewesen.
Il est en ceste bataille griefuement blessé.

IN illa pugna grauiter vulneratus est.
In illo certamine grauiter percussus est|graue vulnus accepit|tulit|plagam accepit|graui vulnere est affectus.

Vide Verberare.

VVLNVS INSANABILE.

Ich hoffe nicht das er von dieser wunden geheylt wird.
Ie n'espere pas qu'il guarisse de ceste playe.

FVturum non spero, vt ex hoc vulnere conualescat.
Eiusmodi vulnus est, vt sanari non possit|vt salus desperanda videatur|vt spes salutis nulla supersit|vt medicinæ non sit locus.

Vide Consolari.

VVLTVS MENDAX.

Das hertz stimmet mit dem gesicht nit vberein.
Le visage ne respond pas au cœur.

DIssentit animus à vultu.
Non congruit|non conuenit animus cum vultu.
Vultus fallit|decipit|mentitur|fraudem facit|in fraudem inducit.
Index animi verus non est vultus.
Falsa vultus imagine|ficta vultus specie dissimulatur animus.
Aliud vultus præ se fert, aliud animus celat|occultat|tegit.
Aliud vultu significatur, aliud in animo latet.
Tegit animum vultus.
Latet animus in vultu.
Vultu, quasi velo & inuolucro, animus obtegitur atque obtenditur.
Veram imaginem animi vultus non præ se fert.
Animi sensus vultus occultat.

Senſus animi cum ſpecie vultus non congruit | minimè conſentit.

Vide Fallere. Sincerus.

VXOR FOECVNDA.

Sein Haußfraw hat ihm viel Söhn geboren.
Sa femme luy a enfanté beaucoup de fils.

VXor ei peperit multos filios.

Ita fœcunda vxore vſus eſt, vt filiis auctus ſit multis.

Ita fœcunda ei vxor fuit, vt filiorum multitudine abundauerit.

Complures ex ea filii nati ſunt.

Multos ex ea filios genuit | ſuſcepit | tulit.

FINIS.

INDEX ABSOLVTISSIMVS, NON MODO PHRASEON

earum, quæ proprium sibi caput in hoc libro vendicant: sed aliarum pæne innumerabilium copiam suppeditans.

A.

Acce-

Au-

Cauſ-

Com-

Con-

Detri-

Diui-

Im-

Indi-

Inter-

Per-

Stu-

Sum-

Vti-

Ad Lectorem.

Editio præsens vitii si continet in se
Quid, remoue, Lector, dexteritate tua.

FINIS.



